UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scopvs Biblicvs Veteris Et Novi Testamenti

Novicampianus, Albertus

Antverpiae, 1566


urn:nbn:de:hbz:466:1-30443

Visual Library


3

Ph. 3073
g. II
18.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



Ex donatione R.D Sebastiani Schollten.

SCOPVS BIBLICVS VETERIS ET NOVI TESTAMENTI, CVM ANNOTATIONIBUS summam doctrinæ Christianæ complectentibus, Authore Alberto Novicampiano.

Societatis Jesu Paderbrunæ. 1598.

Sapient. XIII.

Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei.



ANTVERPIAE,
Apud Ioan. Bellerum sub Aquila aurea.
M. D. LXVI.
CVM PRIVILEGIO.

Priuilegij Sententia.

NE quis in Cæsaris ditione præter Ioannem Bellerum imprimat *Scopum Biblicum Veteris & Noui Testamenti, authore Alberto Nouicampiano*, aut ab alijs impressum vænalem habeat, Imperiali sanctione autũ est. Bruxellæ Calend. Septem. M. D. L V.

P. Lens.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

Ioanni Sigismũdo, Ioannis Regis Hũgariæ, Dalmatiæ, Croatiæ filio, Duci Opolienſi, Ratiborien. &c.

ALBERTVS NOVICAMpianus S. P. D.

SIgiſmundus Auguſtus Rex Poloniæ inclytiſsimus, pietateque inſignis, cùm me ad te inſtituendum mitteret, Ioannes Sigiſmunde, id vnum, inter cætera, diligentiſsimè monuit, ſedulò niterer, vt legendis literis ſacris, animum tuũ teneris ab annis pietate Chriſtiana imbuere ſtuderem. Neq; id temerè. Bene etenim ille pro ſua ſingulari prudentia, & experiẽtia mira in adminiſtrãdo regno parta, perſpectum habet, pietatem ſacrarumq; literarum lectionem, his qui Reipub. præfuturi ſunt in primis neceſſariam eſſe. Quippe qui ſi impij improbiq; fuerint, non ſibi ſolũ nocituri, ſed alios etiam peſſundaturi ſint. Partim quòd multũ mali in exẽplo illorum ſit. Talis enim ciuitas eſſe ſolet (inquit Plato) quales ſunt principũ mores. Studioſe nãque pleriq;, præſertim in hanc partẽ, facta principum imitãtur, eaque ſuis vitijs præ- ſeferunt, perſuaſum habentes, illa, aut non

Præfuturis Reipu. quid in primis neceſſariũ.

Improbitas principum quantum officiat.

indecora esse: aut, licet parum recta sint, exemplo principum, quorum auhoritate maximè nituntur, defendi posse. Partim quod quicquid principes delirent, plebs plerunque plecti soleat, & pro illorum malefactis, Deo irato pœnas luat. Quamuis autem ea res minimè dubia sit, atque ob id testibus non egeat: tamen cùm tecum, qui puer es, agam, exemplа eorum quorũ res gestas aliquando à me audisti, ad hanc rem pertinentia proferã. Est enim per exempla iter docendi efficax. An non fastu & impietate Nabuchodonozoris regis factum, vt in furorem actus, nullo discrimine à bestia differens, fœnum vt bos comederet? Saul rex cur obsecro à Deo desertus & proiectus, ne rex fieret? Non ob aliud sanè quàm ob verbi diuini contemptum. Nonne mollicies & effœminati mores Sardanapali causam belli contra se suscipiendi suis præbuere? An non auaritia & sœuitia Sergium Galbam Romanis inuisum ac exosum sic reddidit, vt iugularetur? Quid aliud quæso quàm fœdum ingenium & luxuria qua turpiter diffluebat, Vitellio Cæsari exitio fuit? adeò vt manibus post tergum reuinctis, & laqueo collo iniecto, furcaq; sub mentum posita, diu per vrbem tractus, quibusdam fimo cœnoq; incessentibus: deinde numerosis ictibus confossus interierit, postremoque vnco in Tyberim tractus sit. Taceo Demetrium quem

Iter docendi per exẽpla efficax.
Nabuchodonozor.
Saul.
Sardanapalus.
Sergius Galba Cæsar.
Vitellius Cæsar.
Demetrius

Male-

Macedones reliquerunt, vniuersiq; ad Pyrrhum confugerunt. Et Phalarim, cuius præ ter cæteros nobilitata est crudelitas, in quẽ vniuersa multitudo Agrigentinorũ impetũ fecit. Iulium item Cæsarem viginti tribus vulneribus confossum, quòd iura diuina & humana peruerterat. Prætermitto Petrum regem Hungariæ, bis propter tyrãnidem regno excluſum, Abam quoque in eodem regno ob parem culpam peremptum. Nolo referre Pompilium parricidam Poloniæ Monarcham à muribus (mirabile dictu) exesum, nulla vi impetum illorum reprimere valente. Boleslaum quoque audacẽ propter nefanda scelera corona priuatũ, & regno pulsum, ad extremumq; amẽtem à canibus discerptum: vt verum sit illud:

Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.

Phalaris. Iulius Cæsar. Petrus Rex Hungariæ. Aba Rex Hungariæ. Pompilius. Boleslaus audax. Iuuenalis.

Quàm verò ad mala patranda, principes suo exemplo pellicere soleant suos, authoritatéue adducere, etsi exẽpla sæpissimè suppeditentur plurima, tamen aliqua proferam. Lucij Luculli summi viri (ait Cicero) virtutem quis? at quàm multi villarũ magnificentiam imitati sunt? Ieroboam (vt sacra tractans, ex sacris exempla proferã) vitulos conflatiles colens, ad adorandos illos, qui eius imperio suberant, perduxit. De Achab idem idololatra, sic exemplũ cepere

Exẽpla magna Principũ Lucullus. Ieroboam. 3. Reg. 12. Achab.

3.Reg.19. *sui, vt Elias propheta se solùm ab idololatria alienum relictum esse quereretur. Neque id inultum tulerunt. Ieroboam enim*

3.Reg.13. *idolis thus adolenti, manus quam in prophetam corripientem se extenderat, mandans apprehendendũ, subitò aruit, vt illam inflectere minimè quiret. Huc accessit quòd*

2.Para.13. *quingenta millia hominum ex Israël bello vno die periere, Ieroboamque à Domino*

3.Re.17.18 *percussus mortem oppetijt. Achab verò regnante, cum tribus annis & sex mensibus non pluisset, fame plurimi miserabiliter e-*

3.Reg.22. *necti sunt. Porrò Achab in prælio vulnere accepto, extinctus est, et linxerũt canes sanguinẽ eius, iuxta verbũ Domini. Ita quidẽ principes & homines ad malum exemplum principum sese cõponentes grauissimas pœ-*

Principe delinquente populus pœnas dat. *nas dare solent. Neq; solũ id ex errore principum pendentibus accidere solet, verùm etiam solo principe delinquente. Cuius rei exemplum in Dauide videre est. Qui cum*

Dauid. *instinctu sathanæ populum numerasset, ni-*

2.Reg.vlt. *mirum eius numerum nosse percupiens, se-*

1.Para.21. *ptuaginta millia virorum peste ceciderũt. Quam luem miseratus Dauid, cernens angelum populum cædentem, in eam vocem prorupit: Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi, isti qui oues sunt quid fecerunt?*

Balthasar Babyl. *Blasphemæ item voces in Deũ Balthasaris*

Dan.4. *regis, interitum regni totius attulerunt, id quod futurum ostenderat manus in pariete visa,*

visa, scribens Balthasarem cum toto regno periturum esse. Nec defuit euentus. Persæ enim & Medi subita irruptione facta, Babylonios obruerunt, regnóque potiti Baltha sarem occiderũt. Duritia Pharaonis, et cor pœnitere nescium, quantis calamitatibus? quantis ærumnis? quantis cædibus Aegyptum afflixit? Postremò & ipsum Pharaonem cum toto exercitu aquis rubri maris obruifecit. Quin & Sedechias Ieremiæ prophetiã contemnens, à Nabuchodonozore rege captus, in conspectu suo filios trucidari vidit, ipsi autẽ eruti sunt oculi. Ierosolyma funditus euersa: templũ iussu Dei erectum, destructũ est: scelectissima pars Iudaici populi vnà cum rege in seruitutẽ Babylonicam abducta est, quam septuaginta annis pertulit. Tempus me deficeret, si exemplis docere vellem, impietate principum fieri vt bellis, seditionibus omnia ferueant, alia aliò ferantur, omniaque misceãtur et mutentur. Ad cuius rei acerbitatem & tristitiam declarandam nonnulli principum, fatces orbis et humani generis appellati sunt. Quales fuere Cæsares, Caligula, Domitius, Nero, Commodus, & cæteri. Tales principes Homerus iure Δημοβόρους appellat, quasi tu dicas voratores populi, quòd res populi ceu barathra quædam absumant, & obliguriant. Quin & ipsos populos trucident, & digladiando inter se perdant.

Sedechias. 4. Re. vlt. Iere. 38. 39.

Impietate principum omnia bellis feruent & miscentur.

Caligula, Nero, Commodus

Principes Δημοβόροι ab Homero appellati.

Vides Ioannes Sigismunde ceu in speculo quantùm impij et improbi principes & sibi & alijs officiant. Quamuis autem ex ijs iam colligere poteris, quãtopere pietas principum, ipsis & rebus publicis conferat, contrariorum siquidem eadem disciplina est, tamen, vt cœpi, exempla proferam, vt ob oculos ponam, & quasi digito commõstrem ita fieri. Quid Iudæis contra Amalechitas pugnantibus victoriam attulit, illisq; aliquando Deum placatum reddidit? Pietas Moysis. Quid effecit ne Samuel eiusdem gentis princeps, bouem aut asinum (vt ipse refert) alicui eriperet? néue quempiam calumniaretur, opprimeret, vel munere à quoquã dato gauderet? Pietas. Quid Dauidem regem impulit, ne illum ante arcam domini saltare, fidibusq; canere puderet? Pietas. Præterea vt iniuriam à Semei illatã, quod à Deo esset, non vlcisceretur? Pietas. Sauli item se persequenti vt parceret, cùm illum bis oblata occasione dare neci potuisset? Pietas. Nõ enim siuit hæc illum afferre manus Christo Domini, sed vindicandũ Deo relinquere. Eadem factum, vt idem, nulla interposita mora, interficeret omnes peccatores terræ, vt disperderet de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem, faceretq; iudicium & iustitiam omni populo. Quis censeret non propter pietatem Dauidis, Dominum pollicitum fuisse protecturum se, &

Pietas principum quã tũ cõferat.

Moyses. Exod. 17. Nume. 14.

Samuel. 1. Reg. 12.

Dauid. 2. Reg. 6.

2. Reg. 6. 1. Reg. 24. 26.

Psal. 100.

2. Reg. 8.

Esaiæ. 38.

& conseruaturum ciuitatem Ierusalem? quod vt verax est, præstitit. Nam centum octoginta quinque millia Assyriorum, qui Ierusalem obsidione cinxerant, ab angelo percussa sunt. Non aliunde sanè quã à pietate profectum existimem, quòd Iosaphat rex, in ciuitates Iuda prædicatores misisset, qui verbum Dei syncerè docerent. Quãobrem pauor Domini super omnia regna nationum finitimarum irruerat, ne bellum contra Iosaphat ab illis moueretur. Pietate motus Ezechias, serpentem æneum à Moyse factum, cui Iudæi sacrificabant, contriuit, indignissimum ratus Dei viui gloriam dari sculptilibus. Huius Regis precibus quam benignas aures Dominus accommodauerit, indicat strages centum octoginta quinque millium hostium ab angelo occisorum. Quid putas causæ fuisse nisi pietatem? vt Constantinus ille Magnus præter egregia dona diuorum templis illata Christum ab omnibus colendum præciperet: in Nicæna quoque synodo, cùm sacerdotes inter se contenderent, singulorum libellos quibus culpæ continebantur, in sinu continens, ne illis perscripta, rumoribus differantur, ad Episcopos diceret, illos esse datos hominibus Deos, atque ob id iudicãdos ab illo solo, de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit: Proinde missis contẽtionibus, ea quæ si

4. Reg. 19.

Iosaphat.

2. Paral. 17

Ezechias.

4. Reg. 18.

4. Reg. 19.

Constantinus Magnus hi. eccl. l. 2. Nicænum concilium.

Psal. 81.

dei sunt, vt discuterent, moneret, libellosq; querimoniarū exuri iuberet, ne palam fieret odium & digladiatio sacerdotū. O mentem pietatis plenam, & monarcha orbis dignam. Ita ille nouerat, quæ regum, quæ sacerdotum sunt propria, neq; illa miscere, conturbareque volebat. Pietatem & illud Theodosij Cæsaris factum refert, qui diuum Ambrosium patienter tulerat, cùm illum censuris ecclesiasticis percelleret, templumque ingredi vetaret, monens vt vinculum quo Dominus illum ligarat, susciperet. Qui gemens & flens in regiā reuersus, illi morē gessit. Iussérat enim Theodosius cū Thessalonicæ seditio essèt orta, aliquot millia hominum trucidari. Pietas in Carolo Magno & Lodouico eius filio præclaras virtutes produxit, ob quas ille Christianissimus, hic verò Pius nuncupatus est. Stephanus ille rex Hungariæ, si à pietate alienus fuisset, neutiquam in id toto conatu incubuisset, quò Hungari depulsa veteris vitæ caligine, ad Euangelicæ veritatis lumen accederent, legibusq; & institutis optimis firmarentur. Andreas eiusdem Hungariæ Rex, cùm in alijs: tū in hoc se pietatis studiosum exhibuit, quòd intellecta vxoris culpa in exemplum seruandæ pudicitiæ, eam iure cæsam à Banchano iudicauit, et eum à sententia absoluit. Vxorē enim Banchani illa fratri suo violandam tradiderat. Adeo re ipsa

Theodosius li. 9. ca. 30 histo. eccle.

Carolus Magnus.

Lodouicus Pius.

Stephanus rex Hung.

Andreas rex Hung.

is rex

is rex cõprobauit, quòd aliquãdo Traianus Cæsar sibi fieri à præfecto mandarat, si minus iustè ageret. Cùm enim ille præfectum prætorio designasset, gladio in manus eius porrecto, hæc verba subiecit: Vtere hoc aduersus hostes meos, in iustis causis: si minus iustè egero, in meipsum gladiũ stringito. O factũ principe dignum, eo qui Reipublicæ vtilitati magis studet quàm suæ. Nouerat hic iustitiæ vim (cùm illa etiã latronum opus firmet, & augeat) maximã inter leges, & iudicia Reipu. esse. Quantam verò eius bonitatis famam retulerit, acclamationes populi principib⁹ exhiberi solitæ declarant, cùm Augusti fœlicitatem, bonitatem Traiani his adprecarentur. Hæc eadem licitas. pietas Sigismundum illum Regem Poloniæ Bonitas. auum tuum, nunquã satis laudatũ, eò perduxit, ne regnum Bohemiæ, Hungariæ vltro illi oblatum acceptaret. Diuinis nanque disciplinis edoctus fuerat, iudicium durissimum futurum principibus qui sibi solùm in turbis nationum placerent, principum verò munus obirent minimè. Ad eum modum pietas efficit, vt alij regna cõtemnant, vbi vident se illis prodesse non posse. De quibus tamen alij inter se nõ sine maximo suo, & suorum malo contendere solent, etiamsi videant se illa nõ volere tueri. Iam cùm non pauci principum (licet id Apostolus vetuerit) quouis vento doctrinæ cir-

Traianus Cæsar.

Augusti fœlicitas.

Bonitas.

Traiani.

Sigismundus rex Poloniæ.

Sapien. 6.

Ephes. 4.

Galat.5. cumferantur, eorum præsertim qui libertatem Christianam dant in occasionem carnis: ille idem Sigismundus (cuius tu crebra mentione gaudes) ceu illustre quoddam omnium virtutum regiarum monumentum, pro sua summa pietate & prudentia ab eo sibi & suis diligentissimè cauit, sentiēs non vniuscuiusuis, aut priuatorum paucorum, verùm Ecclesiæ catholicæ iudicio standum esse. Cui Christus affuturū se promisit omnibus diebus, vsq; ad cōsummationē seculi. In summa pietas facit, vt principes cuncta quæ agunt ad Reipublicæ vtilitatem referant, obliti commodorum suorum, vt etiam vitam suam profundant, dum ei prodesse student. Quales, inter cæteros plurimos fuere Vladislaus & Lodouicus Reges Hungariæ, qui contra Turcas pugnantes perierūt, ille apud Varnam, hic verò apud Mochacium. Habes Ioannes Sigismunde oculis subiectum, pietatem principum maxime vtilem esse, & omnium virtutū fontem. Vt enim ab impijs (iuxta vetus, & à Dauide vsurpatum prouerbium) impietas: sic contra à pijs pietas egreditur. Atq; eam ob rem Paulus Apostolus ad omnia vtilem esse dixit. Pietatem autem voco religionem, hoc est, cultū Deo debitum, obseruationemque præceptorū illius. Quod si hominis quē reueremur, vniceq; amamus, iussa animo promptissimo capessimus, vtque charissimi sumus

Matth. vlt.

Vladislaus Lodouicus reges Hungariæ.

Pietas fons virtutum.

1. Reg. 24.

1. Timot. 4.

Pietas quid

simus, diligentissimam operã damus: Quomodo non multò maximè, si pietate in Deum flagrauerimus, affectu synceriore plenioribusque obsequijs illum demerebimur?

Pietas sync. ex liter. sacris discenda.

Porro pietatem syncerã ex literis sacris hauriendam esse, in confesso est. Illæ enim sunt quæ, docẽte Christo, testimoniũ de Deo perhibent. Illas cœleste numen, hoc est, veritas inspirauit. Illæ, mirabile dictu est, quàm rapiant attentos, moueantque atq; transforment: atq; ob id igni, & malleo conterenti petram, gladioque ancipiti comparantur. In his ignorantiæ tenebris hæc est, dicente Dauide, lucerna pedibus, hoc est, lumen semitis nostris. Hæc est (vt idem loquitur) mensa in conspectu nostro à Deo parata, aduersus eos qui nos tribulant. Non enim aliunde efficacius solamen aduersus tribulationes, quàm ex literis sacris haberi potest. Hæc sunt arma, quibus in militia vitæ nostræ aduersus impetum hostium spiritalium pugnandum nobis est. Quod Christus suo exemplo docuit, cùm diabolo tẽtanti se, sacram scripturam protulit, qua illum refelleret. Et vt paucis complectar, Scriptura sacra (vt Paulus docet) ad omne opus bonum homo Dei instructus redditur.

Vtilitas sacrarum.

Hier. 23.

Hebræ. 4.

Psal. 118.

Psal. 22.

Matth. 4.

Principibus sacri libri legendi.

Quamobrem regibus & Principibus, quorum authoritate maximè homines ducũtur & reguntur, literis sacris præcipitur, vt legem Dei omnibus diebus vitæ suæ legãt, vt

Deut.17. Iosuæ.1. discant timere Dominum Deum suum, & custodire præcepta eius, à quibus non declinent, nec ad dexteram nec ad sinistram, vt longo tempore regnent, & filij ipsorum.

Consilium Sigismundi Augusti. Earum igitur rerum non ignarus Sigismundus Augustus Rex Poloniæ clementissimus, & verbi diuini amantissimus, tibi ex animo consultum iri cupiens, sedulò hortatus est, vt in te docendo primam rationem pietatis habeã. Quod equidem etsi suapte sponte fecissem, tamen illo monente & mandante quàm diligentissimè id muneris obeam, tu ipse optimus testis esse poteris.

Causa libri præsentis excudendi. Atque vt eius mei conatus, euidẽtius testimonium, simulque vberior fructus extaret, librum quem, antequàm ad te mandato regio irem, in gratiam studiosorũ scribere inchoauerã, Magnificoq; Domino Spitconi Castellano Sandecensi nuncupare decreueram, nunc perficiundum ac typis excudendum curaui, vt tibi viam quandam ad literas sacras aperirem, monimentumq; mei tibi relinquerem, ex quo audita à me facilius retractare poteris. Eum quidem librum apud te agens, sub nomine tuo libentissimè edidissem, illiq; planè consecrassem, nisi antè Mœcenati meo, licet imperfectus dicatus fuisset. Tamen cùm illi, in te instituendo, supremam manum addiderim, & propter te perficiundum maturauerim cõmittere nolui, quin Epistolã illi præfige-

Ratio epistolæ præsentis.

figerem, qua tibi à me, & ab eodem Magnifico Spitcone tui amantißimo & obſeruantißimo offeratur, & commendetur, ſimulq; conſilium ſapiẽtißimum & ſaluberrimum Sigiſmundi Auguſti Regis auunculi tui oſtendatur, quò ad id ſequendum reddaris alacrior & promptior, tum illius in ſe animum propẽſißimum & beneuolentißimum vel inde agnoſcas. Quòd ſi liber hic tibi alijſq; legentibus aliquid fructus pepererit, bene mecum agi putabo, quòd finem deſtinatum aſſecutus ſim. Sin minus: tamẽ neque ea ratione me luſiſſe operam exiſtimabo, vtpote qui conatum & voluntatem meam, quæ in magnis nõ temerè reprehendi ſolet, declarauerim, alijſque eius faciundi quod ipſe præſtare non potui, exemplum præbuerim. Si quid autẽ à me erratũ quiſpiam repererit: primùm id mihi cũ multis, iiſdemque ſummis commune eſſe ſciat. Eſt enim cuiuſuis errare. Deinde ſibi perſuadeat, me errori aſſentiri nolle, quòd id non niſi dementis eſſe ſciam. Hoc vbi fecerit, paratiorem veniã dabit. Niſi fortè ex eorum numero ſit, qui in eo ſe doctos arbitrantur, ſi alijs detrãbant. Ingenio enim, ait ille, qui velit cedere, rarus erit. Cæterum, vt Græci dicunt, πολλὰ μιμήσασθαι ῥᾷον ἐστιν ἢ μιμήσουσθαι, hoc eſt, multa cauillari promptius eſt, quàm æmulari. Nitore verborum, & ſublimitate ſermonis, quæ parum

Eſt cuiuſuis errare. Hieronym.

Multi in eo ſe doctos arbitrantur, ſi alijs detrahant. Mart.

Parenæsis ad Principem.

parum valeo, res, quam scribo, ornari renuit contenta doceri. Accipe igitur munus Ioannes Sigismunde, à me tibi oblatum, meæ quidē sententia ratione materiæ, quā tracto, magnum: tibiq; persuade, te cùm ob alia, tum propter tuam egregiam indolem esse charissimum Sigismūdo Augusto, rara quadam & inaudita clementia regi, Serenissimæque ac grauissimæ Bonæ Sfortiæ Poloniæ Reginæ prudentissimæ. Imprimisque matri tuæ Isabellæ Reginæ Hungariæ singulari quadā clementia, animoq; planè heroico, ac aduersis rerum vndis immersabili præditæ. Illustri item ac Magnifico Domino Comiti Petro VVicz, viro mitissimo et integerrimo, tuique amantissimo, qui propter te vnū possessiones amplissimas in Hūgaria dimisit, cæterisq; omnibus multò tamen te chariorem fore putato, si, vt cœpisti, pietati cæterisque virtutibus, & disciplinis Principe dignis, studueris. Nihil enim charius, nihil amabilius virtute. Regio sanguine, eodemq; clarissimo ortum ducis. Reges, Princeps inclitissimos sanguinis cōiunctione deuinctos habes, ipse Princeps. Quamobrē, oculi omniū in te conijciūtur, quid ue agas, quemadmodum viuas, inquiritur. Et tanquā in clarissima luce verseris, ita nullum obscurum esse potest nec dictum tuum, nec factum. Quo fiet, vt si quid, quod absit, designaueris, tātò conspectius futurum sit, nec

nec citra omnium dolorem maximum. Est tibi ingeniũ perspicax, est tenax memoria. Ne patiare illud ocio turpi torpescere. Verũ ei doctrinam rectamq; institutionem, velu ti ferro acuendo cotem, adhibe. Etenim cùm ratio humana ignoratiæ nebula obfuscata sit, obidque in delectu rerum hallucinetur: hacq; non rectè de rebus iudicante, aut ora tio inepta sit oportet, aut nulla: certè ex opti mis quibusq; scientijs rerum natura perspe cta, de rebus moribusque rectè iudicari po-test, & cõmodius differi. Neque enim ver-ba sedem habere possunt, si res dempseris. Adhæc appetitus rationalis mẽti ipsi paren tior redditur, cognitione disciplinarũ emol-litus, & quasi correptus. Da igitur ope-ram, vt rationem & orationem, quæ præ-cipua sunt in homine, optimis quibusq; dis-ciplinis Principe dignis exornes. Quas si exornatas et perfectas habueris, rectè de re bus iudicare & differere, teq; bene gerere, alijsq; rectè cõsulere poteris. Nõ est enim ca dentis alium erigere: nec ignorantis docere: nec inordinati ordinare: nec imperare eius qui non paruerit imperio, hoc est, qui animi & corporis perturbationes, rationis suæ im perio non subiecerit. Atque, vt sacræ literæ testãtur, melior est sapientia viribus, et vir prudens quàm fortis. Eædemq; docent, Re-gem insipientem perdere populũ, sapientem contra esse stabilimentũ populi. Sed ea de re

Vtilitas di sciplinarũ. Sapien. 6. Sapien. 6.

re habes commentariũ à me descriptum. Sustines apud omnes ferè maximam expectationem imitandæ industriæ optimorũ quorumq; Regum, & maiorum tuorũ, cui non respondere indecorum est. Quare quantùm animo conniti potes, quantũ labore contendere, tantùm fac vt efficias, vt tibi honori, & tuis iucunditati vtilitatiq;, & Reipublicæ emolumento esse possis. Néue committas, vt ne, cũ omnia suppeditata sint à tuis, tute tibi defuisse videare. Id autẽ ita futurum existimato, si in primis pietatis studiosus fueris. Inquirentes enim Dominum (ait Dauid Rex) non deficientur vllo bono. Vale.

Calend. Iulij Anno Domin. 1553.

SPECTA-

BILI AC MAGN. Domino Spitconi Iordan de Zacliczin & Melſtin, Caſtellano Sandecenſi, & Regni Poloniæ Theſaurario ſupremo, Capitaneo Camionacéſi, &c. Albertus Nouicampianus.

S. P. D.

Ratio Methodi in libro hoc obſeruatæ.

HVmano ingenio id peculiare eſſe Philoſophi grauiſsimi prodidêre, Magnifice Domine, vt in percipiendis diſciplinis, à communioribus ad minus cõmunia progrediatur.

Pro-

Proinde efflagitantibus quibuſdã lectiſsimis iuuenibus Polonis & Hungaris, vt illis aliquid in literis ſacris legerẽ: cũ maiora ipſis præſtare non potuiſſem, Ariſtotelis ſcriptis enarrandis occupatus: cupiebam autem pro pietate Chriſtiana, ea in re illis gratificari, tanquã ad mercaturam bonarũ literarum Cracouiam profectis: cõgeſsi ſeriem & ca-

capita præcipua, contentorum in Biblijs veteris & noui Teſtamenti, ad quæ ceu ſcopum omnia diriguntur, his & annotationes adieci, plenioris ſenſus gratia. Quæ quidem illi habentes, tanquam ſagittarij, citius & melius, id quod oportet, attingere poterint. Hæc tandem, volens animi mei in te promptitudinem tibi teſtatam eſſe, ſub nominis tui au-

auſpicio edenda curaui, quippe qui, vt ſpectatiſsimæ probitatis es, literarumque amantiſsimus: ita probis & doctis, efflorescendiſque ſtudijs vnicè faues. Maiora quidem danda erant, verùm illa nobis nondum maturuerunt. Quamuis & hęc, ſi vtilitas ſpectetur, non vſque adeò parua erunt, præſertim à primo limine (quod dicitur) literas ſacras ſalu-

salutaturis. Ignorantes enim scopum in vnoquoque scripto, similes sunt cæcis, nescientibus quò ferantur. Neque parui artificij est, rem latissimè patentem in angustum perdiscendi gratia contrahere. Eiusdemque artificis est, copiosè et breuiter dicere. Vale studiosorum summe Mecœnas.

IN LIBRVM.

Sint alijs curæ fastus, sint tecta superba:
Hoc studium tibi sit, posse placere Deo.
Tũ quæ vita bonos maneat, quæ pœna malignos.
Et quibus ad cœli scanditur astra vijs:
Cuncta hæc quo pacto fiant, quaque arte parentur,
Disces: hunc tantùm volue, revolue librum.

S. M.

Candido Lectori.

Aduerte Lector, quod numeri in exteriori margine signati, designent idem argumentum per totum opus sparsim alijs in locis tractari: quorum prior, paginam: posterior paginæ versum seu regulam denotat.

SERIES ET CAPITA PRAECIPVA CONTENTORUM in Bibliis Veteris & Noui Testamenti, ad quæ, ceu scopum omnia dirigun-tur.

I. *Deus.*
II. *Creatio.*
III. *Peccatum.*
IIII. *Mors.*
V. *Christus promissus.*
VI. *Lex.*
VII. *Aduentus Christi.*
VIII. *Iustificatio.*
IX. *Fides, spes, charitas.*
X. *Iudicium.*
XI. *Vita æterna.*

Hæc quomodo INTER SE COHÆreant, sic accipe.

Deus. DEus, vnus in essentia, trinus in personis, qui in semetipso beatissimè ab æterno mansit, procursu temporis, verbo ex nihilò, vniuersa propter semetipsum operatus est, vt Salomon ait, nõ quòd ijs indigeret, sed ad ostendendã gloriam suã, abundãtesq; diuitias gratiæ suæ in bonitate rationali creaturæ. Ea re igitur hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ sui creauit, hoc est, naturã compotem rationis & cogitationis ei impertiuit, vt esset qui opera eius intelligeret, qui illius immensam potestatem,

Creatio. Psal. 32. Prouer. 16. Ephe. 2. Gene. 17. 268. 16. Eccle. 17.

tem, sapientiã, bonitatẽ admiratetur, prædicaret, vtq; cũ cæteræ animantes vẽtri pabuloq; seruirẽt: ille in diuina Maiestate suspicienda ac prædicanda, omnẽ operã, mentẽ deniq; omnẽ collocaret, Deumq; piè colendo, & assiduè contẽplando, summũ bonum consequeretur. Primum autem hominẽ Deus ita condiderat, vt perfunctum obedientiæ munere, sine interuentu mortis, angelica immortalitas, & beata æternitas sequeretur. At ille non considerans sibi tantũ honorẽ à Deo exhiberi, præcepto diuino non obediens, fructũ, quo illi in paradiso constituto, Deus interdixerat, ex arbore decerptum, comedit, atque ea ratione, transgresso Gene. 3. Peccatum.

greſſo præcepto diuino, primus
66.9. hominum peccauit, peccatumque
inobedientia ſua, ex inuidia dia-
Sapien. 2. boli, qui illum ſeduxerat profe-
cta, in mundum inuexit tale,
Rom. 5. tantumque, vt omnes qui ab eo
ſecundum carnem gignerentur,
105.6. ſubijcerentur peccato, morti,
damnationique æternæ, reda-
MORS. cti ſub iugum, & tyrannidem
Ephe. 2. diaboli. Porro Deus, qui diues
179.22. eſt in miſericordia, propter ni-
miam charitatem ſuam, qua
219.24. dilexit nos, filium ſuum ſerua-
Chriſtus promiſſus. torem ſe miſſurum pollicitus
Gen. 3 12. eſt ipſi Adamo, Abrahamo,
26.28.35. Iſaaco, & reliquis qui à pecca-
to, & à tyrannide diaboli libe-
raret eos, qui viua fide huic pro-
miſsioni fiderent, liberationem
hanc

hanc ab ipso, & per ipsum speran-
tes. Interim verò dum expectabatur promissus Christus (quoniam apud omnes ferè homines, lex naturæ ita erat obscurata, vt etiam manifesta scelera, perinde ac si scelera non essent, dissimularentur) data fuit lex à Deo, quæ ostenderet peccatum, & terreret, conturbaretque conscientiam, non vt per incussos hominibus timores perimat: sed vt humanas animas, quasi de innocentia securas, ipsa demonstratione, peccati reas faciat: quò tandem illæ intelligentes peccatum sine gratia vinci non posse, reatus sollicitudine, ad percipiendam gratiam promissi mediatoris con-

LEX. Ro. 3. 5. 7. 143. 26. Galat. 3.

uerterẽtur: vtq; lege quasi pæda gogo, à sceleribus coërcerẽtur: illisq; lex esset norma rectè viuendi. Qui quidẽ mediator, constituto apud se tẽpore venire voluerat, quo abũdabat omnis iniquitas, cũ diabolus omnẽ mensuram malitiæ à Christo delẽdæ impleuerat. Vbi autẽ aduenit plenitudo illa tẽporis, natus est ille Christus Iesus, & ante legẽ, & tempore legis multis Patribus promissus & prædictus, pœnasq; peccato hominis debitas ceu verus agnus, vera hostia in cruce persoluit (id quod futurũ hostijs illis in veteri lege à Deo præscriptis adumbratũ erat) eoq; modo homines natura filios iræ existentes, Deo patri reconciliauit, et à tyrãnide

Aduentus Christi.
112.7.
Isa.33.
Ioan.1.
1.Ioan.2.
Heb.9.10.
Ephe.2.
Heb.1.

nide diaboli, cui propter peccatũ erãt ſubiecti, liberauit, vt ſine timore de manu inimicorũ ſuorũ liberati, illi ſeruirẽt in ſanctitate & iuſtitia corã ipſo omnibus diebus ſuis, Zacharia parẽte præcurſoris Domini, Spiritu ſancto repleto ita vaticinante. Vt quod iuſtitia illa prima amiſſa aſſequi nõ poterãt, nũc adipiſcãtur, iuſtificati, velut Apoſtolus ait: Gratis per gratiã Dei, per redẽptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus meditatorẽ per fidẽ in ſanguine ipſius. Quæ quidẽ fides in Chriſto valet, quæ per charitatẽ operatur. Huc autem fide ſuſcepta, dat Deus ſpiritum ſuum ſanctum, quo ſignat omnes credentes, qui eſt pignus & arra-

Luc. 1.

Iuſtificatio

Rom. 3.

Fides.

73. 16.

Galat. 5.

2. Cor. 5.

Ephe.1. Rom.8. bo, nos certò vitam æternam possessuros, testimoniumque reddit spiritui nostro, quòd sumus

Roma.5. filij Dei, simulque diffundit charitatem in viscera nostra, quæ

SPES. Ioan.13. Heb.9. Christianorum est quoddam peculiare insigne, & spem, quam vt Paulus ait, sicut ancoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum. Hic autem Christus Iesus, qui à mortuis tertio die resurgens, per quadragintaque dies apparens suis, & loquens illis de regno Dei, in conspectu discipulorum in cœlum ascendit,

Iudicium. Act.1.2.

spiri-

spiritumque sanctum illis promissum misit: postq; interfectum spiritu oris sui hominem peccati, quando mortui resurgent, sedebit in maiestate sua omnes iudicaturus, & redditurus vnicuique propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum, dicturusque his qui à dextris erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Iis autem qui à sinistris: Discedite à me omnes maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, et angelis eius. Tunc finis erit, regnumque Deo patri tradet.

2. Thess. 2.

80. 12.
2. Cor. 5.

Vita æterna.
11. 10.
Matth. 25.

1. Cor. 5.

Annotationes IN SCOPVM BIBLICVM VETERIS ET *noui testamenti, summam doctrinæ Christianæ continentes.*

Authore.

ALBERTO NOVICAMPIANO.

In eo sermone, primò breuis est adhortatio ad Dei cognitionẽ. Secundò agitur de cognitione Dei & visione. Tertiò Dei descriptio ponitur, eiusq; explanatio, in qua potissimum quatuor traduntur in Deo credenda.

DEVS.

14. 4. *Deus vnus in essentia, trinus in personis, &c.*

Lib. 1. de Trinit.

VBi quæritur vnitas trinitatis, Pater, & filius, & spiritussanctus, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur, ait Augustinus, idq; non

non temerè. Hoc enim qui ignorat, neq; credit, salutem animæ neutiquam consequi potest. Quod equidem summæ infœlicitatis esse nemo negauerit. *Quid enim prodest homini si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentũ patiatur?* inquit Seruator. Cęterũ inde salutẽ animæ consequi, idem ostendit, cũ dixit: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deũ, & quẽ misisti Iesum Christum.* Et alibi: *Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.* Vnde apud Hieremiam hortatur Dominꝰ, vt in Dei cognitione solum vnusquisq; glorietur. *Non glorietur* (inquit) *sapiens, in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & noscere me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra.* Hoc igitur studium paruis & amplis properandum, si verè fœlices esse velint. Exquisita autem illa cõprehensio, & expressa cognitio Dei secundum diuinitatem, nemini contingere potest: quin nec & superis virtutibus. De qua re diuus Chrysostomus contra Anomæos hæreticos quinque orationibus abundè disserit, multa testimonia sacræ scripturæ proferens. Vt inter cæ-

Matth. 16.
Ioan. 17.
Ex cognitione Trinit. vita æterna.
Ioan. 3.
Hiere. 9.
In Dei cognitione solum gloriandum.
17. 21.
Expressa cognitio Dei nemini contingere potest.

Ioan.1. tera illud Ioannis: *Deum nemo vidit vnquam, vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.* Et illud 1. Pauli: *Rex regum & Dominus dominantium, qui solus lucem habitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest.* Et alia permulta. Quæ non solùm de natura humana dicta esse ostendit, sed etiam de superis virtutibus, propterea quòd Ioannes vnigenitum allegaret eius dogmatis præceptorem & authorem, & Paulus dixerit: Non quia lux inaccessibilis sit, sed: qui lucem habitat inaccessibilem, scilicet vt intelligatur, quàm ipse Deus habitans inaccessibilis sit, quando domicilium quod inhabitat, inaccessibile est. Quæ tamen non ita refert (inquit) vt Dei locum, aut domum suspicetur quis: sed quo latius quàm ipse Deus incomprehensibilis sit, accipiat. Quapropter nec lucem incomprehensibilem habitat, dicit: sed inaccessibilem, quòd lõgè plus quàm incomprehensibile est. Quod enim inquisitum, inuestigatum comprehendi non potest, id esse incomprehensibile dicimus. Quod autem nec inuestigandi quidem vllo pacto operam patitur, & ad quod nemo proprius accedere potest, id inaccisibile est. Ita Chrysostomus. Qui vt con-

1. Timo. 6.

14. 11.

firme
prehe
virtut
medi
rex O
lio exc
bant
læ alt
obrẽ
ponu
aliud
proc
prosi
non
nec i
quæ
dulg
cũ D
vide
mer
repr
desc
iusi
& i
scẽs
di D
sede
lio,
eni
nis
fer

firmet, non solùm hominibus incomprehensibilem esse Deum, sed etiam virtutibus superis illud Esaiæ sexto in medium profert: *Anno quo mortuus est rex Oziæ, vidi Dominum sedentem in solio excelso & eleuato, & Seraphim stabant circum eum: sex alæ vni, & sex alæ alteri duabus obuelabãt pedes.* Quamobrẽ (inquit Chrysostomus) alas proponunt, & suas operiunt facies? quid aliud dixeris causæ, quàm splendorem procursantem è solio illo, & fulgur prosiliens ferre nequire. Quanquam non ipsam meram videbant lucem, nec ipsam synceram substantiam: sed quæ videbant condescensus erat, & indulgẽtia. Est autẽ cõdescensus, inquit, cũ Deus nõ vt est, se ostẽdit, sed quoad videre is potest qui aspectũ huiusmodi meruit, quatenꝰ firmitati vidẽtis suam repræsentationẽ metitur ac tẽperat, cõdescendere illũ tantisper dicimus: & eiusmodi rẽ, cõdescensum nominamus, & indulgentiã. Cõstat aũt illa condescẽsum fuisse verbis ipsiꝰ prophetæ: *Vidi Dominũ*, inquit, *sedentẽ*. At Deus non sedet, corporis enim hic habitus. et *in solio*, cũ Deũ nullũ soliũ cõplectatur. Est enim nullius penitꝰ capiẽs descriptionis. Attamẽ ne condescensum quidem ferre potuerunt, quanquã propinquè.

Locus Esaiæ. 6.

Condescensus in visione Dei quid est.

Seraphim enim ſtabant circum eum, inquit, quod tamen non loci ſignat propinquitatem. Sed cùm ſpirituſſanctus vellet oſtendere illas eſſentias, quanquam diuinæ ſubſtantiæ propiores, non tamen propterea poſſe proſpicere: idcirco dixit: *Seraphim ſtabant circum eum*. Non vt locum & ſpatium indicaret, ſed quo ex ipſa loci propinquitate propius quã nos, illas oſtenderet. Deũ nanq; incomprehenſibilem eſſe, nõ pari modo nos atque virtutes nouimus, ſed quantò illæ excretiores, puriores ſunt natura humana, tantò perfectius norunt & melius. Quemadmodum lucem radiorum ſolis, non tam cæcus, quam videns, inacceſsibilem nouit: ſic naturam Dei inacceſsibilem, non eodem nos nouimus modo, quo illæ ſuperæ virtutes & incorporeæ. Quantum enim inter hominem cæcum & videntem diſcriminis eſt, tantum illæ à nobis differunt. Quamobrem ſi prophetam, ait Chryſoſtomus, dicentem audis. Vidi dominum: noli quaſi eius ſubſtantiam viderit, ſuſpicari: ſed condeſcẽſum ipſum vidiſſe intellige, eumque obſcurius, quam virtutes ſuperæ videant. Non enim tantũ videre quantum Cherubim potuiſſet. Viſum autem in virtutibus ſuperis pro cognitione

18.26.

18.2.

47.23.

Viſus in virtutibus ſuperis.

tione positum arbitrare. Haud enim pupillæ & oculi, & genę insunt in virtutibus illis supernis, sed quod visus in nobis est, idem in illis cognitio. Et quemadmodum hæc visio Esaiæ condescensus fuit, ita Danielis, Michęæ, Amos, & cæterorum. Non enim synceram ipsam substantiam Dei viderunt, eò quòd varia quisque viderit. Deus enim simplex, ab omni concretione seiunctus, nulla forma aut figura effigiatus est, quē & Paulus ad Timotheum scribens, inuisibilem dixit. At verò illi omnes figuras viderunt varias. Quod idem Deus per alium item prophetam insinuans, ac persuadens, neminem scilicet exquisitè ipsam suam vidisse substantiam, inquit: *Ego visiones multiplicaui, & in manibus Prophetarum assimilatus sum*. Tum ex his quæ Deus Mosi denegat, liquet. Cum enim ille videre Deum sensu oculorum concupisceret: is, *Nemo videbit faciem meam & viuet*, addidit, significans, vt Augustinus ait, quòd nemo potest eum videre in hac vita viuens sicuti est. Nā multi viderant, sed quod voluntas eligit, non quod natura formauit, inquit idem, affirmans Deum videri posse in vita futura, quia hoc in veracissima scriptura legatur. *Beati mūdo corde, quoniā ipsi Deū videbūt:* &

Daniel.7.
3.Reg.21.
Amos 6.
10.23.
1.Timo.5.
Oseæ.12.
57.6.
Exod.33.
August.epi
sto.112.
Visio Dei in
vita futura

Matth.5. & ita videri posse, sicuti est, quia id fi-
2.Ioan.3. lijs promissum est, de quibus dictū: *Dilectissimi nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, scimus quia cū apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eū sicuti est.* Visionem autem hanc, cuius in his sacræ scripturæ locis mentio est, intelligit eam, quæ mente futura est, & illa quidem ineffabilis, quā tunc consequemur, cùm æquales angelis Dei facti
Matth.18. fuerimus. De quibus scriptum est: *Angeli eorum vident faciem patris vestri, qui in cœlis est.* Nō quia Dei plenitudinem quisquam non solùm oculis corporis, sed vel ipsa mente aliquando comprehendit. Aliud est enim videre, aliud totum videndo comprehendere. Quandoquidem videtur quod præsens vtcunque sentitur, totum autem comprehenditur videndo, quod ita videtur, vt nihil eius lateat videntem, aut cuius fines
Luc.10. circunspici possunt, sicut te nihil latet
In Psal.85 præsentis voluntatis tuæ: circunspicere autem potes fines annuli tui. Hoc
super ill. 20.7. ipsum, Dei scilicet plenitudinem esse incomprehensibilem, ipse Seruator docuit cùm diceret: *Nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Hinc Augustinus facilius dictu esse ait, quid non sit Deus, quàm quid sit. Terram cogi-

Non est similis tibi in dijs Domine.

Facilius dictu quid nō sit Deus,

tas?

tas? (inquit) non est hoc Deus. Mare cogitas? non est hoc Deus. Omnia quæ sunt in terra, homines & animalia? nō est hoc Deus. Omnia quæ sunt in mari, quæ volant per aërem? non est hoc Deus. Quicquid lucet in cœlo, sol, stellæ? non est hoc Deus. Ipsum cœlum? non hoc Deus. Angelos cogitas, virtutes, potestates, archangelos, thronos, dominationes? non est hoc Deus. Et quid est? hoc solum potui dicere quòd non sit. Quæris quid sit? quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quid quæris, vt ascendat in linguam, qui in cor non ascendit? Eare igitur & apud prophetam interrogat Deus, dicens: *Cui ergo similem fecistis Deum, aut quam imaginem ponetis ei?* Innuens se nulli creaturæ similem. Quamobrem prima cognitio Dei esse dicitur, scire quid non sit. Quòd autem scriptura ait hominem ad imaginem Dei creatum esse, hoc intelligendum hac ratione dictum, quòd rationalis, quòd intellectualis factus sit, non autem quòd eiusdem substantiæ & naturæ sit, cuius Deus est, quod Priscillianistæ sensêre, & Antropomorphitæ, fingentes sibi Deū cogitatione carnali in similitudinē hominis. Quin & gentilium philosophi, qui gradibus rerum

quàm quid sit.

Esaiæ. 40.

Prima cognitio Dei scire quid non sit.

Aug. lib. 8. de tri. Homo cur ad imaginem Dei factus dicatur.

58.30.

243.10.

Aug. de essentia diuinitatis.

Priscillian. error.

34.17.

Gentilium Philosophi Deū incomprehensibilē sensere.

Ea dere latius lege, vbi agitur de creatione.

rum inferiorum ad cognitionem Dei vnius peruenerãt, Deũ incomprehensibilem esse prodidêre. Plato enim dicit θεὸν μὲν εὑρεῖν ἔργον, γνῶναι δ' ἀδύνατον, id est, Deum quidem inuenire haud facilè est, intellexisse autem impossibile. Et in Timæo, inquit, τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τῆδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν, hoc est, authorem & parentem huius vniuersitatis inuenire operosum est: & inuentum, fieri non potest, vt in vulgus commodis verbis efferas. In Parmenide verò, de vno illo disputans ait, nullum nomen ei esse inditum, non diffiniri, non scientia capi, non in sensus incurrere, nullam de eo haberi opinionem: quocirca neque nominari, neque dici, neque cogitatione comprehendi, neque cognosci, nec ab vllo ente sentiri. Ita quidem Plato & cæteri philosophi gẽtilium, qui ad cognitionem Dei à sensibus profectam, rerũ inferiorum gradibus peruenerant, sentientes Deum esse mentem quandam solutam & liberam, & segregatam ab omni concretione mortali, omnia sentientem & mouentem, per quam essent omnia constituta. Quibus illa quæ vim effugiebant intelligentiæ à sensibus

27.16. *Plato. sententia.*

19.20. *Gentilium philosophi quomodo ad cognitionẽ Dei peruenerũt, & qualis fuerit eorũ cognitio.*

56.3. 16.26. *Cic. 1. Tusc. Aristote. de mundo.*

pro-

profectæ, quæ scilicet diuinitus reuelatæ sunt, vt mysterium Trinitatis, & cætera eiusmodi, ignota fuere, testante inter cæteros Dauide: *Qui annũciat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israël. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Nam illa quæ de filio Dei, de creatione mundi per verbum, cæteraq; eiusmodi, quæ videntur consona doctrinæ Christianæ apud Platonem, Mercurium Trismegistum, Plotinum, aliosque reperiuntur, hæc ab illis rectè non intellecta, ex sacris voluminib⁹ accepta sunt, quemadmodum grauissimi scriptores docent. Deus igitur secundum diuinitatem exquisitè comprehendi non potest. Neque id mirum, cùm plurima sint in rebus naturalibus, quæ propria cognitione cognosci non possunt, vt inter cætera materia prima, communis omnium parens, hæc enim νοθῷ λογισμῷ, id est, spuria cogitatione (vt inquit Plato, referente Philopono) cognoscitur: vel, vt Aristoteles loquitur, per analogiam, id est, proportionem. Quo fit vt illi incassum laborent, qui essentiam diuinam curiosè scrutantur, eã exactè cognoscere cupientes. *Et sicut qui mel multũ comedit* (ait Salomõ) *non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, oppri-*

Psal.147.

Occupatio.

Euseb.cap. 10.capit.11 & ca.7.li. 13.præparationis euangelicæ.

55.25.

Materia prima impropria cognitione percipitur.lib.2. Physicorũ.

Prouer.25.

opprimetur à gloria. Altiora igitur ne te quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus, ait sapiēs Hebræus. De Deo autē hæc nobis literis sacris patefacta sunt, & præcepta, vt credamus Deum esse spiritualem essentiam, qua nihil potest esse melius ac sapientius, quæ incommutabiliter est sine tempore ab æterno, quæ est ipsum esse, & à qua venit rebus conditis, vt sint aliquo modo: incomprehensibilis, ineffabilis, omnipotēs, verax, iusta, in qua nihil adiunctum, nihil creatum. Atque hic quidem Deus vnitate essentiæ vn⁹ est, & trinus in personis, quarum tamen eadem est deitas, eadem essentia, & coæternitas, eadem omnipotentia, eadem maiestas, eadem sapientia, eadē bonitas. Prima persona appropriatur patri, secunda filio, tertia spirituisancto. Pater innascibilis est, filius ab æterno à patre genitus, generatione ineffabili, qui destinato tempore assumpsit humanam naturam ex Maria virgine. Spiritussanctus ab vtroque procedens. Pater per filium redemit Ecclesiā, per Spiritumsanctū gubernat, regit, viuificat. Hac quidem descriptione Dei quatuor describūtur. Primum essentia Dei qualis sit. Secundum,

Ecclē.3. *Descriptio Dei.* 29.4. 314.19.

Partitio descriptiōis Dei.

dum, vnum Deum esse vnitate essentiæ, trinum in personis. Tertium, communia & propria personarum. Quartum, facta quædã personis peculiaria. Quæ omnia sigillatim paucis declaranda duxi sacræ scripturæ testimonio. Quod primum attinet, vt ab ipso nomine incipiam. Deus (quod nomen, vt ait Augustinus, est potestatis, non proprietatis) à Græco nomine θεος deducitur, hoc verò à θεῶ, id est video, quod ipse omnia contẽpletur & videat, vel à δεομαι, id est timeo, quod omnibus timendus sit. Apud Hebræos sunt decem nomina, quib⁹ Deus vocatur, vt diuus Hieronym⁹ refert. Primũ est El, quod interpretes septuaginta θεον id est, Deum. Aquila ισχυρὸν id est, fortẽ interpretatur. Deinde Elohim & eloha, quod & ipsum Deus dicitur. Ait autẽ Hieronymus Elohim nomen numeri communis esse: quod vnus Deus sic vocetur & plures. Nomen Elohim, referente quodam, etsi pluralitatẽ designet cum verbo tamen singularis numeri iungi solet, quoties in scriptura sacra pro Deo vero accipitur, vt illud in principio Geneseos, Elohim bara, id est, dij creauit. Idque non sine grandi mysterio factum est. Quia enim, iuxta, diui Augustini sentẽtiam, opera Trinitatis indi-

Deus nomẽ potestatis. Aug. ser. 125.

Decem nomina mystica Dei.

Primum Nomen. DEI.

Secundum Tertium.

indiuisa sunt: idcirco Moses ad insinuandum omnes tres personas diuinas patrem & filium, & spiritum sanctum simul ad mundi creationem concurrisse, elohim, id est, dij in plurali dixit, & non eloha, siue el, id est, Deus in singulari. Ad ostendendū autē tres personas illas essentialiter nō distingui, sed idem omnino esse, hoc est vnum Deum esse & non tres deos, bara, id est, creauit in singulari dixit, & non bareu, id est, creauerunt. Hoc tamen nomē elohim cum pro Deo vero sumitur, etiam cum verbo pluralis numeri copulatur. Vt primò Geneseos, & dixit Elohim, id est, dij: faciamus hominem ad imaginē nostram, hoc autem nequaquam fieret, si pro vero Deo acceptum semper singulariter teneretur, sicut quidam Iudæi

Quartum. asserunt. Quartum nomen Dei, ait Hieronymus, Sabaoth, & Septuaginta, virtutum: Aquila, exercituum transtulit.

Quintum. Quintum Elion, quod nos excelsum

Sextum. dicimus. Sextum Esær Eheie, quod in

Exod. 3. Exodo legitur. Qui est misit me: non quod sint alij, sed aliud est creatoris esse beneficio quod subsistat, aliud æter-

Septimum. nitate naturæ. Septimū Adonai, quem nos generaliter dominū appellamus.

Octauum. Octauum Ia, quod in Deo tantum ponitur, & in alleluia extrema quoque syl-

syllaba sonat. Nonũ Sadai, id est, qui sufficit, vel qui sufficiens est, vel qui sufficiẽtia est. Decimum est tetragram maton Græcè dictum, id est, quatuor literarum, quod quatuor literis scribatur Iod י He ה Vau ו He ה quæ literæ si punctentur Iehoua efficiunt. Hoc nomen alij generans interpretantur, alij qui essentiat, vel qui dat omnibus esse, alij autem vnus & omnia, siue omnia eminenter continens. Hoc nomẽ diuus Hieronym⁹ ἀνεκφώνητον appellat, hoc est, ineffabile, quod nefas esse apud Iudeos cẽsetur, nomẽ ipsum ore pronunciari, vti ipsæ literæ sonãt ex quibus componitur. Quare vbicunque hoc nomen reperiunt, illud haud quaquã proferre audent, sed loco eius, nomen Adonai proferũt, quod est dominus, idq; hac ratione, q̃ per hoc nomen significetur Deus ineffabilis atq; incõprehẽsibilis. Sacerdotes tñ illud nomẽ, vt scriptũ est, proferebãt, dũ populo in sanctuario benedicebant. Non enim extra sanctuarium ineffabile nomẽ effari licebat. Hęc autem benedictio, nomine DEI quatuor literarum, quæ tribus digitis ambarum palmarum erectis, & duobus depressis fiebat, ad designandam diuinarum personarũ Trinitatem, per ipsum nomen significatam,

Nonum.

Decimum.

Tetragrammaton appellatum.

Iehoua.

quid significet.

Nomẽ ineffabile.

DEI.

Benedictio nomine Dei ineffabilis quomodo fiebat.

tam, in Simeone iusto, qui Christum infantulũ susscepit in vlnas, penitus defecit, vt Rabbi Moses testatur. Nomen tetragrãmaton Iudæi sem hammephoras, id est, nomen expositũ vocauerunt, quia illud veteres Hebræorũ per nomina duodecim & quadraginta duarum literarum exponebant. Porro nomen duodecim literarum, & nomen quadraginta duarum literarum, non sunt verè nomina, quorum alterum ex duodecim, alterum ex quadraginta duabus literis cõstet, sed vnumquodque eorum verba diuersa continet, quæ vnum ostendunt. Nomen autem duodecim literarum nõ aliud fuisse narratur, quàm hæc tria nomina, ab, ben, veruach hacados, id est, pater, filius & spiritussanctus, quæ si scribãtur Hebraicè, literis duodecim constabunt. Sic duarum & quadraginta literarum nomen Hebreis literis scriptum, numerum prædictum literarum complectitur, quod Latinè sic redditur: Pater Deus, Filius Deus, et Spiritussanctus Deus: Verùmtamen non tres sunt dij, sed vnus Deus. Cæterùm hæc nomina à veteribus illis occultabantur, nec veteres illa docebant, nisi honestos & pudicos in sacerdotio. Sed de nominibus mysticis Dei hactenus, nunc partes descriptionis prosequen-

Galatinus Nomẽ sem hãmephoras.

Nomẽ Dei duodecim literarum.

Nomen Dei quadraginta duarum literarum.

sequendæ sunt. Deum esse spiritualem essentiam, Christus docet apud Ioannem: *Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.* Spiritus autem interdū pro flatu spiritus aërei accipitur, secundum quam appellationem non oportet aliquid simile imaginari de Deo: sed hoc loco spiritus significat, id quod est incorporeū. Qua significatione & Angeli dicuntur spiritus, & animæ humanæ, at ratione incōparabiliter crassiore. Nulli enim creaturæ Deus similis est, vt ante ostensum est. Bonitate verò adeò anteit omnibus, vt neminem esse bonum, sacra scriptura prædicet, nisi solum Deum: quod scilicet bonitas non sit ei accidens, sed essentia: de eiusque plenitudine acceperunt, qui boni sunt participatione quadam. Quòd autem nihil sit Deo sapientius, vel ex operibus eius consilijsque inscrutabilibus, colligere licet. Quæ Paulus dum expenderet, stupens exclamauit: *O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, quis enim cognouit sensum Domini, aut quis cōsiliarius eius fuit?* Vnde apud Esaiā ait Dominus: *sicut exaltantur cœli à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à vijs vestris, &*

Deus spiritualis essentia. 386.26. *Ioan.4.*

Spiritus in sacris. 390.23.

Deus bonus. *Nemo bonus nisi solus Deus.* *Luc.18.*

Deo nihil sapientius 268.14.

314.29. *Roma.11.* 26.30.

Esaiæ.55. *Iob.36.*

cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Et Iob: *Ecce Deus magnus vincens scientiam nostrã.* Qui, vt Apostolus scribit, *comprehendit sapientes in astutia ipsorum.* Proinde Salomon scriptum reliquit: non esse consilium contra Dominum: quem incommutabilem esse testatur scriptura Malachiæ tertio, ait de seipso Dominus: *Ego Deus non mutor.* Et Psalmographus. *Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operiorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Cùm verò ait pater ad filium: *Filius meus es tu, ego hodie genui te:* indicat apertè se esse sine tempore, neque esse apud se præteritum aut futurum, hinc Petrus: *Vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus.* Aeternitatem Dei, inter cætera, indicat Esaias, cùm appellat dominum habitãtem æternitatem, & Daniel antiquum dierum, & Psalmographus, *Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à seculo & vsq; in seculum tu es Deus.* Michæas item cùm diceret egressum Messiæ ab initio à diebus æternitatis: Et Salomon cùm introducit sapientiam narrantem se ab

1. *Corin.* 3.
Prouer. 21.
Deus incõmutabilis.
Psal. 101.
Psalm. 2.
Deus sine tempore.
2. *Pet.* 3.
Deus æternus.
Esaiæ. 57.
Daniel. 7.
Psal. 89.
Michæ. 5.

æterno

æterno ordinatam esse, & ex antiquis antequam terra fieret. Cùm autem sic sit Deus, iure optimo solus verè esse dicitur. Ac proinde de seipso ait: *Ego sum qui sum.* Et, *Qui est misit me ad vos.* Nomen Ehie quod in Hebræo ponitur, differentias trium temporum præteriti, præsentis, & futuri verbi substantiui modi indicatiui, in se continet, vt quidam asserunt. Quocirca Deus eo vtitur, vt insinuaret summam & omnimodam ac sempiternam Dei stabilitatem, qui semper fuit, est, & erit. Vt verò hoc nomen Ehie suum esse innueret, per quod æterna, & omnimoda stabilitas significatur, addidit ibidem. Hoc est nomen meum in æternum. Quod autem Deus incomprehensibilis sit cogitatu, docet inter cæteros Ieremias. Qui cùm sit incomprehensibilis, idem sit ineffabilis oportet. Eorum enim, quæ mens concipit, sermo est index. Quod & Iob confirmat cùm ait, *Enarrari non potest.* Deum verò omnipotentem esse, mirabilia eius opera ostendunt. Mundus ex nihilo, verbo creatus. Orbis perditus diluuio, solo Noë seruato cum filijs, & animalibus. Linguæ confusæ ædificantium turrim Babel. Res gestę per manũ Moysis in conspectu Pharaonis. Ma-

Deus solus verè est. *Exod.3.* *Nomen Ehie.*

Deus incõprehẽsibilis *Ierem.32.*

Deus ineffabilis. *Iob 37.*

Deus omnipotens. *Gene.1.* *Psal.32.* *Gene.7.11.* *Exod.8.* *9.10.* *Exod.13.* *Nume.16.*

Nume.21. re rubrum ſcindens ſeſe, præbens tran
Deute.8. ſitū Iudæis, Pharaonem cum exercitu obruens, terra aperta & deglutiens ſeditioſos murmuratores in ſeditiõe Coræ. Percuſsi à ſerpentibus, aſpectu ænei ſerpentis ſaluati. Iudæorum quadraginta annis vagantiū in deſerto, veſtimenta non attrita, nec calciamēta vetuſtate
Ioſuæ.3. conſumpta. Aquæ Iordanis inſtar montis intumeſcentes, & inferiores decur-
Ioſuæ.6. rentes, tranſeuntibus Iudæis. Muri Ieri cho ſolo circuitu ſeptenario & cantu buccinarū corruentes. Sol ſtās in cœlo & prolongans diē, vt perficeretur bel-
Ioſuæ.10. lū contra Gabaonitas. Exercitus Sy-
4.Reg.6. riæ regis cæcitate percuſſus. Centū &
4.Reg.19. octoginta quinque milia hominū, miraculosè percuſſa in caſtris Sennacherib. Ionas ſeruatus in ventre ceti. Aqua
Ionæ.2. in vinum conuerſa. Lazarus quadri-
Ioan.2. duanus ſuſcitatus ex mortuis, & alia
Ioan.11. ſexcenta. Quamobrem Moyſes ait,
Exod.15. *Omnipotens nomen eius.* Veracem autem
Deus verax & misericors. & miſericordem Deum eſſe, inter alia ſexcenta ſacræ ſcripturæ teſtimonia, il-
Deut.32. lud in Deuteronomio teſtatur. *Deus fidelis abſque vlla iniquitate, iuſtus & rectus.* Et apud Tobiam: *Iuſtus es Domine, & omnia iudicia tua vera ſunt, & om-*
Tobiæ.3. *nes viæ tuæ, miſericordia & veritas et iu-*
In Deo nullum accidēs *diciū.* Porro in Deo nihil eſſe creatum, nihil

nihil adiunctum sentiendum est, quòd accidens & creatura imperfectionem notat, quæ in Deo nulla esse potest. Infinita igitur sapientia, bonitas, iustitia, cæteraque id genus, quæ Deo tribuuntur, non sunt accidentia in Deo, sed est reipsa Deus hæc omnia. Atque hactenus de prima parte descriptionis, nunc altera persequenda, quæ tradit Deum esse vnum essentia, trinum in personis. Primum autem dicendum quid persona significet hoc loco. In trinitate diuina Græcis scriptoribus idem sunt πρόσωπον, id est, persona, ἰδιότης, id est, proprietas, & ὑπόστασις, id est, substantia. Gregorius Nazianzenus, τρίοι μὲν κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤτοι ὑποστάσεις, εἴτινι φίλον καλεῖν, εἴτε πρόσωπα, hoc est, tribus quidem secundum proprietates, siue hypostases, si cui placet dicere, siue personas: & Dionysius de Deo loquens ait, ἑνάδα τρίσυποστατον, id est, vnitatem trisubsistentem, τότε δὲ τριπροσώπον, hoc est, triũ personarum. Et Gennadius Scholarius patriarcha Constantinopolitanus de personis trinitatis loquens ait: Καὶ ταυτὰ τὰ τρία ἰδιώματα ὀνομαζομένης ὑποστάσεις, id est, Et has tres proprietates nominamus hypostases. Discernunt autem illi hæc vocabula duo

Dionysius. Accidens non cõpetit in Deum. 56.8.

Aug. li. 15. de Trin. c. 5 & li. 4. c. 5

Alt. pars descriptionis Dei. Persona in Trinit. sanctissima quid significet. 36.19.

Gregorius Nazianzenus in Epiphanijs.

Dionysius.

Gennadius

Augu. li. 5. de Trinita. (vt Augustinus meminit) οὐσίαν & ὑποστασίν, dicuntque μίαν οὐσίαν, id est, vnam essentiã patris et filij & spiritus sancti, τρεῖς ὑποστάσεις, id est, tres substantias, vt Augustinus interpretatur, id est, tres verè subsistentes, non caducos, non confusos, sed distinctos seu singulares intelligentes. Est itaq; persona hoc loco, substantia indiuidua intelligens & incommunicabilis. Neque hic persona intelligenda vt hominũ, nõ enim Trinitas sanctissima, vt Augustini verbis vtar, putãda est, sicut Gerion ille tricorpor fabulosus. Et quòd personæ nomine in describenda Trinitate sanctissima vtamur, magna inopia humani eloquij fit. Neq; secundum scripturam persona in Trinitate dicitur, sed quia scriptura non contradicit. Atque de significatione personæ hactenus. Nunc vnitatem Dei ostendamus sacræ scripturæ testimonio. Deuteromij sexto: *Audi Israël: dominus Deus noster, Deus vnus est.* Et trigesimo secundo: *Videte quod ego sum solus, & non sit alius Deus præter me.* Esaiæ quadragesimo quarto: *Hæc dicit dñs rex Israël: ego primꝰ et ego nouissimus, et absq; me non est Deus,* Ecclesiastici primo: *Vnus est altissimus creator omniũ omnipotẽs.* Primo Corinth. 8. *Nullus est alius Deus nisi vnꝰ.* Ad Ephe-

Augu. li. 5. de Trinita.

Augu. li. 7. & 8. de Trinitat.

Personæ nomine vtimur in diuinis propter inopiã eloquij summi neque secundum scripturam.

Deus vnus Deut. 6.

Eccle. 1.

1. Cor. 8.

Ephe. 4.

Ephesios quarto: *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnia & in omnibus vobis.* Ita quidem cùm diuinitas opponitur creaturis, mentio fit vnius essentiæ æternæ. Vbi verò intra se describitur, personæ discernuntur. Quarum quidem personarum assertio, non qua ratione probetur, sed à quo dicatur videndum est. Mysteriũ Trinitatis cognoscitur in Gene. cap. primo: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Et cap. tertio ait Deus: *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.* Et vndecimo: *Venite descendamus, confundamus linguam eorum*, Psalmo item secundo, qui secundum Hebræos primus est, ait pater ad filium, vt diuus Paulus testatur: *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te*, Et paulò post in Hebræo legitur nasch ku bar, id est, osculamini filium. Vbi Dauid iudices terræ monebat ad osculum filij Dei, vt à Rabbi Abraham Auen Azra ostenditur, referente Galatino. Cuius & diuus Hieronymus meminit, qui in præfatione in pentateuchum Moysis, ait septuaginta interpretes, qui postulante Ptolemæo rege Aegypti Biblia sacra in Græcã linguam verterunt, vbicunque sacratum aliquid

Quando in scrip. fit mẽtio Dei vnius, & quãdo Trinitatis.

Pius Pontifex referens te Sabellico. l. 6. æn. 2 Mysterium Trinitat. in testamento veteri.

Act. 13.

Loc. Psal. 2.

Septuaginta interpretum versio, de qua Euseb. ca. 1. li.

8. *præparationis euangelicæ.*

ſcriptura teſtatur de patre & filio et ſpiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi ſatisfacerent, qui vnius Dei cultor erat, & arcanum fidei nō vulgarēt. Vnde & in hoc pſalmo, pro eo quod eſt in Hebręo naſch ku bar, id eſt, oſculamini filium, yerterunt ἁπράξασθαι παιδείας, hoc eſt, apprehendite diſciplinam. Spiritus autem ſancti mentio eſt apud Eſaiam: *Et egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eū ſpiritus domini, &c.* Et Pſalmo. 43. *Spiritus tuus bonus deducet me per viā rectam.* Harum trium perſonarū myſterium, patris, filij, & ſpirituſſancti, in Pſalm. 66. ſignificari aiunt, cùm dicitur: *Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.* Vbi in eo quod ter ponitur Deus, triū perſonarum diuinarum deſignatur diſtinctio. In eo autem quod ſecundo tantum loco adiungitur noſter, ſolum filium pro noſtræ naturæ aſſumptione, noſtrum fore inſinuabatur. In eo verò quòd poſtremò, metuant eum & non eos dicitur, ipſarum perſonarum vnitas, quo ad naturam, atque identitas oſtenditur, vt palam demonſtretur tres perſonas diuinas, non tres deos eſſe, ſed vnum ſolum Deum. Cui &

Eſaiæ. 11.

Loc. pſ. 66

illud

illud Deuteronomij. 6. simile est, quòd iuxta Hebraicam veritatẽ sic scriptum habetur. *Audi Israël, Deus, Deus noster, Deus vnus est.* Quo loco quidam Rabinorum Trinitatem significari aiunt, ter repetito nomine Deus. In nouo testamẽto clarissimè patefactæ sunt tres personæ, vt inter cætera apud Matthæum. 4. in baptismo Christi. *Pater,* inquit, *hic est filius meus dilectus.* Filius conspicitur in aqua stans. Spiritussanctus verò manifesta specie insidet filio. Porro mysterium Trinitatis non ita explicitè in veteri testamento voluerat tradi Deus, sicut illud in nouo reuelandum fuit, eam ob causam (vt ferunt) ne Iudaicus populus qui maximè ad idololatriam pronus fuit, in errorẽ incideret eorum qui plures deos colebant. Quoniam autem idololatria per Messiam penitus explodenda erat, vniuersusque orbis ad vnius Dei cultum reducendus fuerat, idcirco sacramẽtum Trinitatis apertè tradendũ, ad dies Messiæ reseruatum fuit, vt veteres Rabbini prodidêre. Propter harũ personarum proprietatẽ Deus Trinitas est, & dicitur, cũ tñ sit, vt Damascenus ita, Μια οὐσια, Μια φύσις, Μια θέιο τής, hoc est, vna essentia, vna natura, vna deitas, eadẽq; inseparabilis, & vbi quælibet per-

Locus ext. 6. Deut.

In test. nouo personæ Trinit. clariss. patefactæ.

Mysterium Trinitatis in testamẽto veteri quare implicitè traditur.

Deus cur trinus dicitur.

Damascenus.

Trinitas inseparabilis.

Aug. super Ioannem trac. 94.

1. Ioan. 5.

Ioan. 14.

Personæ in Trinit. non confundendæ.

40.27.

Sabelliana hæresis.

328.24.

Athanas.

Personæ Trinitatis quomodo vniantur.

sona vna, ibi Trinitas Deus vnus. In nullo; credendus pater esse sine filio & spiritusancto: aut pater & spiritussanctus sine filio. Pater enim & filius & spiritussanctus vnũ sunt, vt D. Ioannes ait, atque ita inseparabiles. Vnde Christus apud Ioannẽ dicẽti Philippo: *Domine ostende nobis patrẽ*, ait, *Philippe, qui videt me, videt et patrẽ, quomodo tu dicis, ostẽde nobis patrẽ? nõ credis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à meipso nõ loquor. Pater autẽ in me manẽs, ipse facit opera, nõ credis quia ego in patre, & pater in me est?* Qui quidẽ tres, vt secundũ substantiã nõ separantur, ita eorũ personæ non sunt confundẽdæ, quod Sabelliana heresis fecit, quæ ita Trinitatẽ cõfundit, vt eundem dicat esse patrẽ, quẽ filium, eundemque credat esse spiritumsanctũ, non seruando tres in vnitate personas, contra fidẽ catholicã, quę in Trinitate non separat substantiã, neque confundit personas. Hinc Athanasius: Fides autẽ catholica hęc est, vt vnũ Deũ in Trinitate, & Trinitatẽ in vnitate veneremur, neq; cõfundentes personas, neq; substantiam separantes. Alia enim est persona patris, alia filij, alia spiritussancti. Personæ igitur in Trinitate licet à se inuicem absque separatione distinguantur, sibi tamen

tamen inuicem per circũ inceſsionem quam Græci περιχωρησιν vocant, abſq; cõfuſione vniuntur. Solent dari, quædã ſimilitudines, quibus Trinitas perſonarũ in vnitate deitatis adumbratur, nulla tñ poteſt inueniri cõueniẽs prorſus, cũ nulli creaturę (vt ante oſtenſum eſt) Deus ſit ſimilis. Quia tamen mens humana vtcunq; id geſtit cognoſcere, non ineptè adhibẽtur. Inter quas eſt illa Solis, qua vtitur Tertullianus, & Gẽnadius patriarcha Conſtãtinopolitan⁹, cũ Amurathe Turcarũ Imperatore diſputans. Quemadmodũ in Sole eſt diſcus Solis, radius, & lumen, non tamen tres Soles ſunt, ſed vnus: ita quodãmodo in Trinitate eſt Pater, filius, & ſpiritusſanctus, non tamẽ tres dij, ſed vnus. Et ſicut in Sole corpus ſolare nõ eſt radius, nec radius corpus ſolare, nec lumen ipſe Sol: ita in Trinitate non eſt pater idẽ qui filius, aut ſpirituſſanctus: non enim confunduntur perſonæ. Et veluti corpus ſolare radius q;, & lumen non ſeparantur: ita quadam ratione in Trinitate pater, filius, & ſpirituſſanctus. Et vt corpus ſolare gignit radiũ, & ab ambobus procedit lumen: ſic quodammodo à patre gignitur filius: ab ambobus autẽ procedit ſpiritus, vt paulò pòſt dicetur. Quod ſi quiſpiam

Similitudines quibus Trinitas adumbratur.

Gennadius

Similitudo qua adumbratur Trinitas.

14.17.

Occupatio. loquaculus dicat: Cùm dicis filiũ hoc esse, quod est pater, quia & patrẽ Deũ, & filium Deum affirmas, non tamen plures Deos, sed vnum Deum essentia, profecto & filius est pater. Is sibi hoc responsum habeat, secundum substantiã, hoc est filius quod pater, non secundum quod ad aliud dicitur. Ad se enim Deus dicitur, ad patrẽ filius. Rursusque Pater ad se Deus dicitur, ad filium pater. Quod dicitur ad filium pater, non est filius. Quod dicitur filius ad patrẽ, non est pater. Quod dicitur pater ad se, & filius ad se, hoc est, pater & filius idem Deus. Hactenus de secunda parte descriptionis Dei dictum esto, tertia declaranda, quæ sunt scilicet communia personis in Trinitate, & quæ propria. Personis in trinitate sanctissima communis est, vt ita dicam, deitas, æternitas, maiestas, omnipotentia, honor, et cætera eiusmodi Deum attinentia. Patrem Deum esse, testatur Apostolus cùm in alijs plurimis locis, tum in illo dum ait: *Conuersi estis ad Deum à simulachris seruire Deo viuo & vero, & expectare filium eius de cœlis, quem suscitauit à mortuis Iesum.* Et Christus apud Ioannem loquitur ad patrem: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deũ verum.* Filium quoque esse Deũ testatur

Aug. super Psal. 85.

34.16. *Personis in Trinit. quæ communia.*

Pater Deus 1. Thess. 1.

Ioan. 17. Christus Deus.

4.16.

Esaias

Esaias dicens: *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius admirabilis cõsiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis.* Et alibi: *Ecce virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod est interpretatũ*, ait Matrheus, *nobiscũ Deus.* Et Baruch de filio Dei loquẽs, vt Chrysostomus docet, *hic est Deus noster, & non æstimabitur alius aduersus eum.* Et Ioannes: *Scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt agnoscamus Deum verum, & simus in vero filio eius Iesu Christo; hic est verus Deus & vita æterna.* Et in Euangelio: *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.* Spiritum autem sanctum Deum esse diuus Paulus testatur cùm dixit: *An nescitis, quod corpus vestrum templum est habitantis in vobis spiritus sancti quem habetis à Deo, & non estis ipsi vestri iuris? Nam empti estis precio, glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Vbi vt Augustinus ait, dilucidè ostendit, Deum esse spiritumsanctum, glorificandum scilicet in corpore nostro, tanquam in templo suo. Huc pertinet illud quod Ananiæ dixit Apostolus Petrus: *Ausus es mentiri spiritui sancto.* Atq; ostendens Deũ esse spiritumsanctũ: *nõ es*, inquit, *hominibus mentitus,*

Esai. 9.
Esai. 7.
Matth. 1.
Baruch 3.
Chrysost. de Trinit. probat hoc dictum de fil.
1. Ioan. 1.
Ioan. 1.
Spiritus S. Deus.
1. Cor. 6.
Augu. li. 3. cõtra Maximinum.
Idem Chrysost. sentit in sermone de Trinit.
Act. 5.

Concilium primum Cõstantinopolitanum.

sed Deo. In concilio primo Constantinopolitano (quòd vnũ est ex quatuor quæ D. Gregorius ait se recipere ac venerari sicut quatuor libros Euangelij)

44.28. *Macedonius hæret.*

dãnatus est Macedonius, qui negabat spiritumsanctum esse Deum.

Filius coæternus patri Chryso. de Trinitæ.

Coæternum autẽ esse patri filium, locuples testis est ipse Domin⁹ apud Esa. cũ dicit:

Esaiæ. 42.

Ante me nõ est formatus Deus, & post me non erit. Itaq;, vt Chrysost. ratiocinatur, Si posteriorẽ patre dicis filiũ, quomodo dicit pater, & post me nõ erit alius De⁹? Sin exponis hoc de filio, quo-

41.12. *Micheæ. 5.*

modo dicit: *Ante me nõ fuit alius Deus.*

Heb. 1.

quapropter ex his colligere est filiũ coæternum esse patri. Id quod & Micheas apertè ostendit de filio Dei loquẽs:

Victor episco. de fide catholica.

Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israël, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Et Paulus cum filiũ Dei appellat splendorem gloriæ Dei patris, &

Theophil. super Ioannẽ.

figurã substantiæ eius, euidenter ostendit coæternũ patri filiũ, & lucis splẽdor

Spiritus S. coæternus patri & filio.

coæternus est. Quod verò spiritussanctus sit coæternus patri & filio, inter

Maiestas, omnipotentia, honor communia personis.

cætera, eadẽ ratione confirmari potest, qua Chrysostom⁹ probat ex Esaia filiũ patri coæternũ esse. Et certè cũ vnius essentiæ sit cũ patre & filio, coæternus sit illis oportet. Maiestatẽ autẽ, omnipotentiã, honorẽ, illis ex æquo cõmu-

nes

nes esse inter alia permulta, testimoniũ illud Seruatoris abundè declarat. *Baptizantes, inquit, eos in nomine patris, & filij et spiritussancti.* Hic enim tres personas recẽset, quibus tribuit parẽ potentiam, virtutem & honorẽ, remissionis peccatorũ, et generationis nostrę per baptismũ. Quem locum tractãs Chrysosto. ait: Obsignati sumus, sed vnũ signaculum est sanctæ Trinitatis, vnũ baptisma. Quomodo igitur audes à paterna substãtia alienare filiũ, vel spiritum sanctum? Neq; enim, si alieni sunt, cũ patre & spiritusancto debebãt connumerari, quanam ratione iuxta tuũ sermonẽ aduersarie Dei in baptismo debuerunt connumerari? Si creatus est filius, vel spiritussanctus, quare cum patre simul coassumuntur? Enimuero si nomen patris solum eum qui baptizatur potest saluare, quare coassumuntur & creaturæ, quasi pater non possit solus saluare? Absit. Igitur si patris infirmitatem negas, & consubstantialia non admittis, cogeris nobiscum fateri Trinitatem increatam & consubstantialem & omnipotentẽ: ita Chrysostomus. Hæc communia personis in Trinitate, pulcherrimè complexus est Athanasius. Sed patris (inquit) & filij & spiritussancti vna est diuinitas, æqua-

Matth. vlt.

Chryso. de Trinita.

Videtur superuacue positum, & spiritusancto, hoc loco, etsi in Frobeniana pressura extat.

Athanasius in symbolo.

æqualis gloria, coæterna maiestas. Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Increatus pater, increatus filius, increatus spiritussanctus. Immẽsus pater, immẽsus filius, immensus spiritussanctus. Aeternus pater, æternus filius, æternus spiritussanctus. Et tñ non tres æterni, sed vnus æternus. Sicut nõ tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus, & vnus immensus. Similiter omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens spiritussanctus. Et tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens. Ita Deus pater, Deus filius, Deus spiritussanctus. Et tamẽ non tres dij, sed vnus est Deus: Ita dominus pater, dominus filius, dominus spiritussanctus. Et tamen non tres domini, sed vnus est dominus. Quia sicut sigillatim vnamquamque personam Deum, ac dominum confiteri Christiana veritate compellimur, ita tres deos aut dominos dicere, catholica religione prohibemur. Et paulò post: Et in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales. Hæc ille. Porro prædictis cõtraria non sunt illa quæ dicuntur à filio. *Pater maior me est. Pater si possibile est trãseat à me calix iste.* Hęc enim & his similia, secun

Occupatio.
Ioan.14.
Matth.26.
Aug.quæstio.4.ad Orosium.

dum

dum formam serui quam assumpsit, intelligenda, & dicta sunt. Nam secundum diuinitatem Christus alibi dicit: *Ego & pater vnũ sumus*. Supereſt vt de his quæ propria sunt personis Trinitatis dicamus. Proprium est patri, quòd à nullo factus sit, nec creatus, nec genitus. Est enim, quemadmodum de seipso apud Prophetam loquitur: *primus et nouissimus*. Et ante quem, dicente eodem, *non est formatus Deus*. Filio autem proprium est à patre esse non factum, nec creatum, sed genitum, non voluntate aut necessitate, vt Augustinus ait, sed natura. Profitetur autem fides catholica, patrẽ de seipso, hoc est, de eo quod ipse est, sempiternè atque ineffabiliter filium genuisse, non extrinsecus, non ex nihilo, non ex alia genuisse materia. Sed vt symbolum docet: Deum de Deo, lumen de lumine. De hac generatione illud est dictum. *Ex vtero ante luciferum genui te*. Et illud Ioãnis. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deũ*. Quo indicat, quod est sensus aut tacita cogitatio mẽtis homini, hoc filius Deo patri. Est enim æternæ mẽtis æterna cogitatio. Mẽs autem gignit cogitationem & cogitatio iam in animo concepta, verbum quòddam

Ioan 10.

Proprium Patri.

Esa. 41. 43

Proprium filio.

29.

Augustin. ser. 125. et quæstii. 7. ad Orosium.

Symbolum Nice. synodi in qua concluſum est filium Dei esse patri homousion, id est, consubstantialem, seu eiusdẽ substantiæ ex ipsa deitate patris progenitũ.

dam est mentis, quo homo sibi loquitur, quod quidē verbū mentale dicitur. Est enim aliud enunciatiuū. Hæc similitudo vtcunq; nobis adumbrat natiui tatē illā, qua sic filius nascitur à patre, vt de substātia patris nihil decedat, sic pater filiū producit, vt tamen filio non

Heb.1. sit prior. Cęterū condito per filiū mundo, pater nobis velut elocutus est verbū, & quodammodo rursus idem genuit, nobis illud reddens aliquo modo visibile, ǫ erat inuisibile. Cōspicitur enim in rebus conditis admirabilis Dei sapientia, quę est Dei filius, & Dei verbum. Sed quoniam nulla talis creatura esse potest, qualis creator eius: ideo sicut sine exemplo est diuina substantia, ita & sine exemplo est diuina generatio. Mens enim nō generat substantiuum verbū, siue conceptū siue prolatū, at filius Dei substantialiter generatur, quod pater in eum omnē essentiā suam trāsfundit, sicut ipse de se ait. *Ego & pa-*

Ioan.10. *ter vnum sumus.* Vnde et D. Ioannes, ne existimetur filius Dei esse verbū, quod in aërem diffunditur & dissoluitur, ait:

Ioan.1. *Omnia per ipsum*, verbum scilicet, *facta*

Christi natiuitas. *sunt, & sine ipso factum est nihil quod factum est.* Hic filius Dei tēpore prefinito

Ex virgine à Deo cōceptus de spiritusancto, natus

43.19. est ex Maria virgine. Quā generationem

nem expresit Euãgelista Ioãnes dicẽs. *Et verbũ caro factũ est.* Quod cũ audis, ne opineris quod à sua natura diuina destiterit illud verbũ & in carnem versum. Neq; enim Deꝰ fuisset, si versum, & alteratũ esset, sed manens q̃ erat, factũ est q̃ nõ erat. Et ne quis suspicetur q̃ vna natura facta sit Christus, cũ dicit: *Et verbũ factũ est caro*, ideo subdidit: *Et habitauit in nobis*, vt ostẽdat nõ confusas duas naturas in Christo, nostram scilicet & verbi. Nã sicut alterius naturæ est tabernaculũ, & alterius is qui inhabitat in eo, ita & verbũ in nobis habitare dicitur, hoc est, in natura nostra, & alterius est naturæ q̃ sit nostra. Cauenda autẽ hoc loco est hæresis Apollinarij Laodiceni, qui affirmabat Christũ non suscepisse perfectã hominis naturã, videlicet corpus cũ anima rationali, sed carnẽ solã animæ rationalis expertẽ, quid enim opus, inquit, habebat anima, cui erat deitas, quæ corpus gubernabat, perinde atq; anima nostra dirigit? Idq; confirmabat eo sacrę scripturæ loco, in quo dicitur: *Verbum caro factũ est.* Expers moris sacrę scripturæ turpissimè lapsus, quæ plerunq; à parte totũ nominat. Vt cõmemoratura hominem, animã dicit, vt in illo: *Da mihi animas, cætera tibi tolle.* Et à parte totũ. *Vt vide-*

Ioan.1.

112.21.

Theophy. super Ioannem. Idem Chryso. homilia.x. super Ioannẽ 51.17.

Apollinarij hæresis.

112.21.

367.17.

Mos scripturæ sacræ.

Gene.14.

Luc. 3. *videbit omnis caro salutare Dei.* Sic et Euangelista dixit: *Et verbum caro factum est,* id est, homo: à parte totum intelligēs. Vnde in Symbolo canitur de Christo. Et homo factus est. Et Athanasius ait, Christum esse perfectum Deum, perfectum hominem, ex anima rationali & humana carne subsistentē. Qui quidem Christus ait, idem, licet Deus sit & homo, non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omino non confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deꝰ & homo vnus est Christus. Et Psellus, referente Galatino, Græcè quidem, sed in eam sententiam. Sancta catholica & Apostolica Ecclesia in domino nostro Iesu Christo vnam hypostasin tradit, & duas naturas, hypostasin incarnatum filium: naturas diuinitatem & humanitatem. Corpus igitur animatum & intellectuale quod assumpsit, non vocat hypostasin, ne inueniantur duæ hypostases, quod mentitus est Nestorius hæreticus. Sed nominat enypostaton, tanquam in filij Hypostasi esse accipiens. Ipse enim filius Dei vna existens sanctæ Trinitatis hypostasis, factus

Psellus.

274.22. *Nestorij hæresis.*

Corpus Christi enypostaton.

factus est, & corpori quod assumpsit, hypostasis. Quare corpus Domini enypostaton quidem est, non autem hypostasis. Hæc ille. Et quemadmodū tres sunt in diuinitate personæ, quæ à se inuicem absque separatione distinguuntur, sibi tamen per περιχορησιν, id est, circumincessionem, absq; confusione vniuntur. Ita in vno Christo tria confitemur, diuinitatem, animam rationalem, & corpus humanum, quæ ita confusè vniuntur, vt inseparabiliter distinguantur. Et sicut tres diuinæ hypostases sunt vnus Deus, ita tria hæc diuinitas, anima, corpus, constituunt vnum Messiam, hoc est Christum. Cuius matrem θεοτοκον, id est, Deiparam, quinta Synodus Constantinopolitana vocandam constituit, quod Deum in carne genuerit. Sed de proprio filij dixisse sat sit, deinceps de proprio spiritussancti dicendū est: Qui quidē hoc proprium habet, vt à patre & filio non sit factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. A patre quidem quòd procedat, Christus in Euangelio docet, de spiritusancto loquens: *Qui*, inquit, *à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me*. Et iterū: *Nō vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis*. A filio verò ipsum procedere testatur Euangelium

Similitudo indicās quo modo in Christo sint corpus rationalis anima, & diuinitas.

36.32.

In quinta synodo Constantinopolitana constitutū matrem dei appellandam θεοτοκον.

Spiritus s. proprium.

Ioan.15.

Matth.10.

Ioan.20.

lium Ioannis cõmemorans Christum cum à mortuis resurrexerat in Apostolos insufflasse dicendo: *Accipite spiritum sanctum, quorumcũq; remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retẽta sunt.* Et Apostolus: *Qui spiritum domini non habet, hic nõ est eius.* Processionẽ spirituſſanctí à filio Græci aliquãdo negarant, quã postea in cõcilio Florentino cõfessi sunt, in quo concluſum est ex patre & filio æternaliter tanquã ab vno principio, & vnica spiratione procedere spiritumſanctũ, quod & in concilio Lugdunensi ante approbatũ fuit, & pronunciatũ, eam quoq; doctorum Græcorum fuisse sententiã. Cæterum vbi dicitur spiritus procedere à patre & filio, non intelligẽda est per processionem egressio quali emittuntur ministratorij spiritus, sed naturalis subsistẽtia spiritus est processio, ait Theophylact⁹. Peculiari aũt appellatione in scripturis sanctis tertia in diuinis persona spirituſſanctus, sanctus nũcupatur. Nã quatenus spiritus significat id q̃ est incorporeũ, omnib⁹ personis iuxta diuinã natũrã ea significatio cõmunis est, vt ante ostẽsum est. Sed de ꝓprijs personarũ in diuinitate hactenus: quæ Athanasi⁹ paucis perstrinxit. Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius

Roma. 8.

Error Græcorum de proceſſ. S. ſpiritus, quem poſtea confeſsi ſunt.

Proceſsio ſpirit⁹ quomodo intelligenda.

Theophyl. in 15. capi. Ioannis.

Spiritus S. peculiariter ſic appellatur.

Athanaſ.

lius à patre solo est, non est factus, nec creatus, sed genitus. Spiritussanctus à patre et filio, nō factus, nec creatus, nec genitus, sed procedēs. Nūc vltima pars descriptionis Dei persequēda, facta scilicet personis peculiaria. Sicut inseparabiles sunt personæ diuinitatis: ita inseparabiliter operantur, non quòd inualidus sit vnusquisq; eorum sine alijs implere, sed nō potest operatio esse diuisa, vbi nō solùm æqualis est, verūetiam indiscreta natura, ita vt cùm tres sint, ac eorum singulis quisq; Deus sit, tres tamen Dij non sunt. Vnde Christus apud Ioannē: *Amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquā, nisi quid viderit patrē faciētem. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit.* Hoc quidem iuuandæ infirmitatis nostrę gratia, hac similitudine vtcunq; ostendi potest. In igne tria cōspicimus, lumē ignis, splendorem, & calorē, & quum tria sint, vnum lumen est: simul exurgūt, simulq; consistunt: nec ignis præcedit splendorem, nec splendor calorem: & hæc non cōfusè vnum sunt simul, & inseparabiliter operantur: aliud ignì tribuitur, aliud splendori, aliud calori. Nam cùm ad ignem refers visionem, ibi operatur & splendor & calor: & quum ad splendorem refers illuminationem, simul

Vltima pars descriptio. Dei. Augu. lib. de Trinita.

Ioan. 5.

Similitudo August. de symbolo Catec. l. 3.

mul operatur & ignis & calor: & cum ad calorem refers calefactionem, simul operatur ignis, & calor & splendor. Ita cùm dicitur, quod Deus fecerit mundũ, intelligimus patrem ex quo omnia, per filium, per quem omnia, in spiritu sancto, in quo omnia, mundum condidisse. De qua re Gregorius Nazianzenus, Græcorum Theologorum princeps, ob idque Theologus per excellentiam appellatus, ait, Vnus est Deus pater, ex quo omnia, & filius per quẽ omnia, & spiritussanctus, in quo omnia: hæ enim præpositiones à quo, per quẽ, & in quo, non naturã quidẽ diuidunt, sed vnĩ atq; incõfusæ naturæ proprietates exprimunt. Hæc ille, Græcè quidẽ aptius & significãtius, sed in eã sententiam. Et quum dicimus filium pro nobis incarnatũ & passum, intelligimus incarnationem & passionem filij operatũ fuisse & patrem & filium & spiritumsanctum. Et quum tribuitur spirituisancto sanctificatio, viuificatio, & peccatorum remissio, intelligimus totam Trinitatem hoc donum inseparabiliter operari. Quãuis autem Trinitas sanctissima inseparabiliter operatur, fides tamen catholica est, non Trinitatem natam de virgine Maria, & sub Pontio Pilato crucifixam & sepultam

Gregorius Nazianzenus.

Augu. li. 1. de Trinita.

tertio

tertio die resurrexisse, & in cœlum ascendisse, sed tantummodo filium. Nec eandem Trinitatem descendisse in specie columbæ super Iesum baptizatum, aut die Pentecostes, in Apostolos, sed tantummodo spiritumsanctum. Nec eandem Trinitatem indixisse de cœlo: *Hic est filius meus*: siue cùm baptizatus est à Ioanne: siue in monte quando transfigurarat sese. Aut quando sonuit vox, dicens: *Et clarificaui & clarificabo*, sed tantummodo patris vocem fuisse factam ad filium. Hæc de Deo vno in essentia & trino in personis pro ratione compendij dixisse sufficiat. De quo cùm illũ nũc animo videmus per speculum & in ænigmate, vt Paulus ait, nihil temerè affirmandum tanquã perfectè scias, sed tanquam credas. Sed ad explanandum contextum reuertamur.

Matth.3.
Matth.17.
Ioan.12.
1.Cor.13.

In semetipso beatissimè manst.

50.22.

De ea re ita Augustinus: Deus nec sine cœlo sedis indiguit, nec facto cœlo sedem tanquam finitis erroribus peregrinus inuenit. Potens est enim manere in semetipso. Nec indiget operibus suis tanquam in eis collocetur, vt maneat, sed in sua æternitate persistit in qua manens, omnia quæcunque vo-

Augu.li.1. cont. aduersariũ legis. Chrys.lib.1. de prouidẽtia Dei.
Psal.113.

luit in cœlo & in terra fecit. Hæc ille.

Deus Hebræis Sadai dicitur.

Vnde in sacris literis Hebraicè Sadai nuncupatur, hoc est, qui sufficit, vel qui sufficiēs est. Qui per cūcta diffusus est, quēadmodum ait per ꝓphetā: *Cœlū & terrā ego implebo.* De quo & Psalmographus: *Quo ibo à spiritu tuo, aut quò à facie tua fugiā? si ascēdero in cœlū, tu ibi es: si descendero in infernū, ades.* Quia substantialiter Deꝰ (ait Augu.) vbiq; diffusus, sed sic Deus per cūcta diffusus, vt non sit qualitas mūdi, sed substātia creatrix mūdi, sine labore regens, & sine onere continens mundū. Nō tñ per spacia locorū, quasi mole diffusa, vt in dimidio mūdi, corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidiꝰ, atq; ita per totū totus, sed in cœlo solo, totus, & in sola terra totus, et nullo contētus loco, sed in seipso vbiq; totus. Quomodo aūt vbiq; ait Augusſt. si in seipso? Vbique scilicet, quia nusquā est absens, in seipso autē quia nō cōtinetur ab eis quibus est prę sens, tāquā sine eis esse nō posset. Estq; Deus, docēte eodē vbiq; per diuinitatis præsentiā, sed non vbiq; per habitationis gratiā, Vnde Iudæis Deꝰ dicitur, makom, id est, locus, quod in omni loco sit præsens. Ridicula est quorundā Machometistarum opinio, Deū ante conditum mundum in nube mansisse.

Occupatio.

Ad Dardanum.

Deus vbique per diuinitatis præsentiam sed nō vbique per habitationis gratiam.

Deus Iudæis dicitur makō.

49.21.

CREA-

CREATIO.

Verbo ex nihilo, &c.

55.28.

QVomodo & in quem finem Deus mundū creauit, docetur. Quemadmodum autem in alijs permultis insciticæ & vanitatis notantur homines: ita & in his quæ ad creationem mundi pertinent. Alij enim æternū dicunt, vt Aristoteles. Alij materiā, ex qua factus est mundus, Deo coæternā asserūt, vt Seleuciani vel Hermiani. Alij ab Angelis nō à Deo factū, vt Menandriani, & Saturniani. Alij à trecentesimo sexagesimo quinto cœlo (nam plures cœlos ponebant) vt Basilidiani. Alij, vt Manichæi, finxerūt deos pariter æternos bonū & malū: & in bonas naturas, dixerūt, à bono conditas esse, materiam vitiosam à malo. Christiani verò diuinitus edocti credūt mundum & omnia quæ in eo sunt, visibilia & inuisibilia à Deo creata esse, idque ex nihilo per coæternum verbum suū docente Psalmographo: *Verbo domini cœli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorū.* Itē, *Ipse dixit et facta sunt, mādauit & creata sunt.* Quod & Paulus expressit de filio Dei loquēs: *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenit⁹ omnis creaturæ, quoniā per illū creata sūt omnia, quæ in*

Errores de mundi origine.

Seleuciani Menandriani.

Basilidiani Manichæi.

180.17.

Psal. 37.

Col. 1.

Dies quib⁹ creauit omnia.

cœlis sunt, & quæ in terra visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Creationem mundi & contentorū in eo, Moyses in principio libri Geneseos describit, in quo quod sex dies distincti narrantur, quibus Deus creasset omnia propter infirmitatem legentium (vt ferunt quidam) factum est. Qui nisi cum eis sermo tardius incedat, ad id quo eos ducit peruenire non possunt. Non igitur hanc dierum vicissitudinem per spacium temporis intelligēdam aiunt, sed in his operum diuersitatem declarari, simul enim Deus cuncta creauit, dum vna voluntate multiplicem omnium specierum varietatem fieri dispo suit. Quod cum illo congruere videtur. *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Sed nos principium Geneseos, compendium scribentes, missum faciemus, quod tātis obscuritatibus est inuolutum, vt apud Hebræos cum exordio & fine Ezechielis, ante annos triginta non legatur, quemadmodum diuus Hieronymus refert. Illud autem firmiter crededum est, Deum à gubernatione omnis creaturæ minimè cessare. Sunt enim, inquit Augustinus, qui arbitrantur tantummodo ipsum mundum factum à Deo, cætera iam

51.1. *Aug. li. 4. de Genesi ad literam Li 1. de mirabilibus sacræ scripturæ.*

Creatura omnis simul (aiūt) per substantiā extitit, sed non simul per speciem processit.

Eccle. 18.

Exordium Geneseos.

Hieron. ad Paulinum. li. 1. ca. 20. de Gen. ad literam.

Mūd⁹ prouidentia Dei regitur.

fieri

fieri ab ipso mundo, sicut ille ordinauit, & iussit. Deum autem ipsum nihil operari. Cõtra quos profertur illa sententia Domini: *Pater meus vsq; nunc operatur.* Et ne quisquã putaret apud se illum operari, non in hoc mundo: pater in me manens, inquit, facit opera sua, & sicut pater suscitat mortuos, & viuificat, sic & filius quos vult, viuificat. Deinde quia nõ solum magna atq; præcipua, verumetiam ista terrena, & extrema ipse operatur, ita dicit Apostolus: *Stulte, tu quod seminas, non viuificatur nisi prius moriatur: Et quid seminas? non corpus quod futurũ est seminas, sed nudũ granum fere tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus, quomodo voluerit, & vnicuique seminum proprium corpus.* Nec omnino audiendi sunt, qui putauerunt sublimes quidem mundi partes, id est, à confinio corpulentioris aëris huius & supra, diuina prouidentia gubernari, hanc autem imam partem terrenam & humidam, aërisque huius vicinioris, qui terrarum & aquarum exhalationibus humescit, in quo venti nubesque consurgunt, casibus potius & fortuitis motibus agitari. Contrarium huic loquitur Psalmus, qui cùm explicasset laudem cœlestium, se etiam ad ista inferiora cõuertit,

loan. 5.

1. Cor. 15.

Error quorundã contra prouidentiã Dei in his inferioribus.

Psal.48. dicens: *Laudate dominum de terra, draco-nes, & omnes abyssi ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis quæ faciunt verbum eius.* Nihil enim tam videtur cassibus volui quàm omnes istæ procellosæ ac turbulentę qualitates. Sed cũ addidit: *Quæ faciunt verbũ eius*, satis ostendit earũ quoq; rerũ ordinẽ, diuino subditũ imperio, latere nos potius, quã vniuersitatis deesse naturæ. Quod autẽ Matth.10. ore suo Saluator dicit, vnum passerem non cadere in terram, sine Dei voluntate, et quod fœnũ agri post paululũ mittendum in clibanum, ipse tamen vestiat Matth.6. : nónne confirmat non solum totam istam mundi partem, rebus mortalibus & corruptilibus deputatam, verumetiam vilissimas eius abiectissimasque particulas, diuina prouidentia regi. Deus igitur credendus est vsq; nunc operari, gubernãs naturam: adeo, vt si conditis ab eo rebus operatio eius subtrahatur, intereant. Id quod testatur Dauid: Psal.103. *Omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore: dante te illis colligent, aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonis: auertente autem te faciem tuam cõturbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur.* Et alibi: Psal.140. *Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui produ-*

cit

cit in montibus fœnum, & herbam seruitu ti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorũ inuocantibus eum. Quæ omnia euidenter ostendunt, nihil nasci, aut viuere, aut casu & viribus tantum nostris, sed Deo dante, viuificante, & conseruante. Qui non est alligatus secundis causis, quin potius eas regit pro arbitrio suo.

Vniuersa propter semetipsum, &c.

Quemadmodũ mundus propter hominem, ita homo propter Deũ (quãuis ille nullo eget) conditus est. Finis igitur omnium rerum conditarũ est, vt agnoscatur & glorificetur Deus. Quod cũ in alijs, tum in illo non tacuit Dauid, cũ dixit: *Cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annũciant firmamentum.* Quibus verbis significat vnumquenque ex cœlestium rerum contemplatione, facilè peruenire ad notitiam Dei. Ideo & Paulus ad Romanos docet, diuinitatem in natura conspici, cũ diceret: Inuisibilia Dei ex creatione mundi, dum per opera intelligun tur, peruidentur: ipsaque æterna eius potentia ac diuinitas. Cui simile est illud Sapientiæ. 13. à magnitudine speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit

Finis rerũ cõditarum.

Psal. 18.

In cognitionẽ Dei, duo ducunt scrẽptura eius et creaturæ.

56. 23.

Roma. 1.

Augu. li. 2. de Trinit.

Gētiles res vīsibiles cō tuentes ad cognitionē Dei vnius peruenerūt.

terit creator horū videri. Proinde non defuere apud Gētiles qui gradibus rerum inferiorum ad cognitionem Dei vnius, hæc omnia gubernantis, peruenirent. Cernētes enim magnitudinem, pulchritudinem, ordinē, motum, dispositionem, vtilitatem, constantiam in mundo, crediderunt esse vnum, cuius vi & consilio hæc instructa sint & regantur. In quibus tamen nihil esset tam egregium, quin infinitis partibus sit infra primam causam, de qua re latius ante dictum est. Vt igitur homo ex operibus Dei, ad cognitionem Dei assurgeret, atq; ita in amorem illius raperetur, Deus creauit hominem ingenio sagaci, & causas rerum prouidente. De qua re Sapiens Hebræus ita scriptum reliquit, loquens de hominibus à Deo creatis: *Consilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & disciplina intellectus repleuit illos, creauit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor illorum, & mala & bona ostendit illis, posuit oculum suum super corda illorū: ostendere illis magnalia operum suorum. Vt nomen sanctificationis collaudent, & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrēt operum eius*, hæc ille, Neque solum ea de causa creatus est homo, sed & homi nis conditor factus est homo, Paulo testan-

176.9.

Vbi agebatur de cognitionē dei

Homo cur rationalis creatus. Eccle. 17.

58.11.

339.15.

testante. *Dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populũ acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Ad cognitionem Dei pertinent & res gestæ per manũ Moysis, aliaque miranda facta eius generis, vt scriptura testatur: *Mittam*, ait Dominus, *manum meam super Aegyptum, & educam exercitum & populum meum filios Israël de terra Aegypti per indicia maxima. Et scient Aegyptij, quia ego sum Dominus, qui extenderim manum meam super Aegyptum, & eduxerim filios Israël de medio eorum.*

Ad Tit. 2.

196. 8.

Res gestæ per manum Moysis. Exod. 7.

Non quod ijs indigeret, &c.

Deum nullo indigere testatur scriptura: *Dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Et Paulus, *Deus qui fecit mũdum, & omnia quæ in eo sunt.* Hic cœli & terræ cùm sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus colitur humanis, indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam & inspirationem, & omnia.

Aug. lib. 8. de Gen. c. x. Chryso. li. 1 de prouidentia Dei.

In bonitate, &c.

Imitatio Pauli ad Ephesios secundo. *Deus*, inquit Paulus, *qui dives est in*

Mundum creauit Deus.

misericordia, propter nimiã charitatẽ suam qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis, & conresuscitauit, & considere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Hæc ille. Et sicut ꝓpter ostẽdẽdas diuitias gratiæ suę in bonitate filiũ tradidit pro nobis, ita & mundũ in eũ finẽ creasse credendus est. De qua re Augustin. In eo verò quod dicitur. *Vidit Deus quia bonũ est:* satis significatur Deũ nulla necessitate, nulla sua cuiusquã vtilitatis indigẽtia, sed sola bonitate fecisse, quod factũ est, id est, quia bonũ est. Quod ideo postea quã factum est, dicitur, vt res quæ facta est congruere bonitati, propter quam facta est, indicetur.

59.4. *Aug. li. 11. cap. 24. de Ciuit. Dei. Gene. 1.*

Ad imaginem & similitudinem, &c.

Imaginẽ Dei, Augustin. ait, pertinere ad naturã aĩæ, nõ ꝓ eius substãtiæ sit, cuius Deus, sed ꝓ rationalis, ꝓ intellectualis facta est à Deo: similitudinẽ verò ad opus iustitiæ, iuxta illud: *Sancti estote, quia ego sanctus sum*. Non desunt qui hoc ꝓ dictũ est, hominẽ creatũ ad imaginẽ Dei, referãt ad dominatũ traditum

Aug. de essentia diuinitatis, & de Gene. ad lit. lib. 3. Chryso. in Gene.

56.16.

ditũ homini à Deo. Verũ diuus Paulus hanc controuersiam dirimit, cùm ait: *Renouamini in spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominẽ, qui secundũ Deum creatus est in iustitia.* Et idẽ: *Induistis nouum hominem, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius, qui creauit illum.* Ephe. 4. 270. 2. 224. 5. Colos. 3.

PECCATVM.

Primum autẽ hominem, &c.

QVa conditione Deus primum hominem crearat, & quomodo ea exciderit, docetur. Conditionem hanc Augustinus sic expressit: Non eo modo quo Angelos condiderat Deus, ita condidit & homines, vt etiam si peccassent, mori omnino nõ possent: sed ita, vt perfunctos obedientię munere, sine interuẽtu mortis, angelica immortalitas, & beata æternitas sequeretur, inobediẽtes autem mors plecteret damnatione iustissima. Hæc ille. Qui alibi ait, Deum nullam mortem fecisse hominum lege naturæ, sed merito inflictã esse peccati, quoniã peccatũ vindicãs Deus dixit homini, in quo tunc oẽs eramus (virtute seminali scilicet) *Terra es, & in terram ibis*. Sunt qui affirment, corpus hominis fuisse etiã in illo statu rerum subditũ morbis, 17. 23. *Lib. 13. ca. 1 de Ciuitat. Dei. Quæst. 19. ad Orosiũ. Sapien. 1. Ca. 15. li 13 de Ciuitat. Dei. Scotus.*

& perpessurum eos, nec moriturum tamen, quia prius ad cœlos eueheretur, quàm caderet, sed si relinqueretur diutius in terra, haud dubiè tabe confectum iri, nec lignum vitæ virtutem habere perpetuandi vitam, sed tantũ proferendi.

In paradiso, &c.

Augu. li. 8. de Gen. ad lit. tres generales sententiæ de paradiso.

Aurelius Augustinus tres generales sententias esse de paradiso ait: Vnã eorum qui tantummodo corporaliter paradisum intelligi volunt. Aliam eorum qui spiritualiter tantùm. Tertiam eorum qui vtroque modo paradisum accipiunt, aliâs corporaliter, aliâs spiritualiter. Hanc postremam Augustinus sibi placere dicit. Quod si, ait alibi, arbores fructiferæ in paradiso, virtutes animi accipiendæ essent, sicut nonnulli existimant, nullo corporali paradiso in terra veris lignorum generibus instituto, non compararet scriptura terram Sodomorum, & Gomorrhæorum, priusquam deleretur, pardiso Dei. Paradisum autem terrestrem quidam asserunt fuisse non angustum hortum, præcelsis munitum mœnibus, vt pictorum tradit licentia, verùm terræ habitabilis amplam & iustam partem, cui à principio Deus benedixisset, &

Quæst. 27. ad Orosiũ.

Gene. 15. Paradisus qualis.

Augu. li. 8. de Gen. ad literam.

inha-

inhabitationem selectam Adamo de terra formato reliquisset. Idq; inde colligunt quòd ex fide scripturæ possessio terræ, repletio, & subiectio diuino verbo Adæ & suis esset promissa cum benedictione, vt Genesis capite primo legitur. Ex quo non dubium videbatur, paradisum à principio plantatum, eximium quendam locum habitabilis terræ, non angustum, nec difficili secessu secretum, nec adeò eleuatũ in aërem: sed loco quopiam, quo hodie frequens etiam mortalium habitatio existeret, intra quatuor amnium, quos nominat Moyses, latè patentem. Ex quibus quidem fluminibus Tigris, & Euphrates vetustum nomen retinent, duo verò amiserunt. Geon quippe, vt Augustinus refert, nunc Nilus dicitur. Physon autem Ganges. Quorum Tigris & Euphrates sunt in Syria, Nilus in Aegypto, Ganges in India. Cæterum paradisum hunc terrestrem non esse qualis fuerat, sed decorem amisisse ferunt, cùm Adam præceptum non retinuisset. Quod Ezechielem innuisse aiunt, cùm cedrum Libani arboribus paradisi comparans, omnium ita meminit, vt fuisse magis, quã esse intelligi queant. *Cedri*, inquit propheta, *non fuerunt altiores illo paradiso Dei*, &c. Et quod

Gene. 1.

Flumina paradisi. Lib. 8. de Genesi.

Paradisus terrestris post peccatũ Adam decorem amisit.

Ezech. 31.

ſcribitur Adam & Euã eueſtigio poſt fructum vetitę arboris deguſtatum, pudere cœpiſſe, tremereq; & fugere: hinc eo ipſo momẽto, paradiſi illas delicias, in loco amœniſsimo alioqui, et cœleſti adhuc fœcunditate vernãte, perdidiſſe, non poſsit non aſſeri, ſtatu nimirũ innocentiæ amiſſo. Quod verò paradiſi mentio eſt, in noua lege, vt apud Lucam dicit dominus latroni: *Hodie mecum eris in paradiſo*. Hic nõ terreſtrem paradiſum intelligunt grauiſsimi ſcriptores, ſed ſummam quietem ac voluptatem, & requiem illã ſinus Abrahæ, Chriſtus enim ratione diuinitatis vbique ſemper eſt, tranſlato autẽ verbo paradiſi ait Auguſtinus, ſignificari omnẽ ſpiritalem quaſi regionem, vbi animæ bene eſt. Quin & ipſo homini lætitia quædam bonæ conſcientiæ paradiſus eſt. Et quod Paulus ait, ſe raptũ ad tertium cœlum, & in paradiſum, vbi audiuerit arcana verba, quæ homini profari non licet. Hæc verba ad paradiſum ſpiritalem, hoc eſt tertium cœlum, & beatitudinis ſedem referenda eſſe, peculiaris ſententia Theologorum confirmat. Iam quod Enoch & Helias in paradiſum tranſlati dicuntur: certè Moſes in Enoch, hiſtoriæ paradiſi nõ meminit. Et capite ſecundo, quarti re-

Occupatio.

Luc.23.

Auguſt.ad Dardanum lib.12.de Geneſi.

1.Cor.12.

Ambroſi.
Athanaſi.
Enoch.
Helias.
Gene.5.

gno-

gnorum, vbi de Helia: cœli mentio fit, non paradisi. Et quamuis Ecclesiastici quadragesimo quarto sit scriptum Enoch translatum esse in paradisum: illic tamen verbi translatione in voce paradisi, locum spiritalem siue aëreũ, vbi homini iustitia delibuto bene sit, intellexisse ecclesiasticũ consonũ videtur, indeadeò quod Moysen, & libros Regnorum, & prophetas imitatus est: at cœli mentio est illic, nõ paradisi terrestris. Eodem tropo, vt videtur, vsus est Ecclesiasticus alibi. *Timor Domini sicut paradisus benedictionis:* voce ad spiritualia translata. Porro Mosis sancta historia non permittit, vt Enoch in terrestrẽ paradisum translatũ intelligamus, omnem enim terrã tẽpore diluuij sub vndis fuisse Moses asseuerat, & ante diluuium Enoch raptũ fuisse scribit. De loco paradisi multi multa dicunt, alij eũ prope Fortunatas insulas esse aiunt, alij in Oriente, alij sub Aequatore, alij sub Tropico cancri. Porro & in altissimo loco situm contendunt, ac ne hoc quidem modo pariter omnes. Sunt enim qui ad globum lunæ attingere dicũt. Sũt qui sub Aequatore ad initium mediæ regionis aëris statuunt. Alij rursum in parte infima supremæ regionis aëris locant. Alij item alia. Augustinus locum

Eccle. 40.

Opiniones de loco paradisi.

8. de Ge.

locũ paradiſi à cognatione hominum remotiſsimum ait: Et quod fluminum ex eo orientium fontes noti eſſe dicuntur, autumat ea flumina alicubi iſſe ſub terras, & poſt tractus prolixarum regionum, locis alijs erupiſſe, vbi tanquam in ſuis fontibus nota eſſe perhibentur. Nam hoc ſolere in nonnullas aquas facere quis ignorat? Ex ſacris literis vbi ſit paradiſus, non liquere Hieronymus putat. Et ſi vulgo in Eden ab oriente verterunt ſeptuaginta interpretes, ἐνεδλεμ κατὰ ἀνάτολας, ſed oriens latè patet. Hieronymus ſic ait, pro paradiſo hortum habet (ſcilicet Hebraica ſcriptura) id eſt gan. Porro Edē deliciæ interpretantur, pro quo Symmachus tranſtulit paradiſum florentem. Necnon quod ſequitur contra orientem, in Hebræo Mikæden ſcribitur, quod Aquila poſuit, ἀπὸ ἀρχῆς, & nos ab exordio poſſumus dicere. Symmachus vero ἐκ πρωτης, & Theodotio, ὐ πρωτοις, quod & ipſum non orientem, ſed principium ſignat. Sed de paradiſo hactenus. In cuius quæſtione, & in alijs huiuſmodi varijs, ſiue ad obſcuriſsima opera Dei, ſiue ad ſcripturarum abditiſsimas latebras pertinentibus, quas certo genere aliquo complecti ac definire difficile eſt & multa ignorari ſalua

In Quæſtionib. Hebraicis.

Quæſtiones in ſacris obſcuræ.

Chri-

Christiana fide, & alicubi errari sine aliquo hæretici dogmatis crimine, ait Augustinus. *Capi. 23. de peccato originali cõtra Pelagium.*

Ex arbore decerptum.

Arborem hãc scriptura vocat, lignũ scientiæ boni & mali. Quam arborem inquit Augustinus nõ esse cibo noxiã. Neque enim qui fecerat omnia valde bona, in paradiso instituerat aliquid mali: sed malum fuisse homini transgressionẽ præcepti. Oportebat autẽ ait Augustinus vt homo sub Dño Deo positus, alicundè prohiberetur, vt ei promeren di dñm suũ, virtus esset ipsa obediẽtia, quã possum verisimè dicere solam esse virtutẽ, omni creaturæ rationali agẽnti sub Dei potestate, primũq; esse et maximũ vitiũ tumoris ad ruinã sua potestate velle vti. Cuius vitij nomen est inobedientia. Non esset ergo, vnde se homo Dominũ habere cogitaret atq; sentiret, nisi aliquid ei iuberetur. Arbor itaq; illa nõ erat mala, sed appellata est scientiæ dignoscendi bonũ & malum: quia si post prohibitionẽ ex illa homo ederet, in illa erat præcepti futura trãsgressio, in qua homo per experimentũ pœnæ discerneret, quid interesset inter obedientiæ bonum & inobedientiæ malum. Proinde & hoc non in figura dictum,

Lignum scientiæ boni & mali.

Lib. 8. de Gen. cap. 6.

Cur prohibitur Adã à fructu arboris.

Obedientia

264. 6.

ctum, sed quoddam verè lignum accipiendum est, cui non de fructu, vel pomo, quod inde nasceretur, sed ex ipsa re nomen impositũ est, quæ illo contra vetitum tacto, fuerat secutura. Hęc ille.

Peccatumque inobedientia, &c.

Causæ peccati originalis.

Sap. 2.

Duæ causæ peccati originalis describuntur, inobedientia Adami, & inuidia diaboli, iuxta illud: *Deus creauit hominem inexterminabilẽ, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illũ: inuidia autem diaboli, mors intrauit in orbem terrarum.*

In mundum inuexit, &c.

Roma. 5. Peccatum per Adam.

106. 9.

Ephe. 2.

De eo ita Paulus: *Propterea sicut per vnum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo omnes peccauerunt.* Vnde alibi ait: *Eramus natura filij iræ*. Natura, id est, verè & propriè, vt Theophylactus interpretatur, vel quia ex natiuitate nostra, & à natura nostra vitiata, rei sumus & obnoxij iræ diuinæ. In quem sensum Dauid dixit: *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*. Peccatum autem hoc quod inuasit omnes ab Adam prognatos, originale appellatur, quoniam ex vitiosa

tiosa lege originis nostræ, in qua concipimur, libinosa scilicet carnis concupiscentia, traducitur. Circa quam ni si peccasset homo, operam liberis dare potuisse perhibetur. Peccatum originale bifariã diuiditur, in personale & naturale. Personale in Adam, qui primus hominum transgresso præcepto diuino, peccato obnoxius factus. Naturale autem est, quod conceptione carnali & natiuitate trahunt omnes ab Adam per concupiscentiam carnis generati. Quod quidem peccatum aliqui diffiniunt esse habitum, id est, languorem naturæ, hoc est, inordinatam dispositionem ex dissolutione harmoniæ originalis iustitiæ. Vel aliter carentiã originalis iustitię debitę inesse. Intelligentes originalem iustitiã, non tantum imputationem seu approbationem diuinam, sed ipsam integritatem viriũ hominis, qua poterat homo expers concupiscentiæ prauæ præstare integram obedientiã Deo. Peccatũ autem originale secundum carnem trahi existimandũ est, non secundũ animam, quoniam anima nõ fit ex traduce, verũ à Deo ex nihilo creatur absq; peccato, & corpori in vtero absoluto infunditur. Corpꝰ verò cũ nõ sine libidine et cõcupiscẽtię feruore seminetur, contrahit id ex quo pecca-

Peccatum originale. 362. 23.

Peccatum originale duplex.

Peccatum originale quid est.

Thomas Aquinas.

Peccatum originale quomodo cõtrahitur.

Peccatum in carne habitare dicitur. Roma.7.

peccatum sit in anima cum corpori infunditur. Dicitur autem hoc peccatum in carne habitare, lexque illius in membris nostris, non quòd in anima nõ sit, sed quia per corruptionem carnis in anima fit, propterea scilicet, quòd anima sine vitio infusa carni, condelectatur illi, atque ita perhibetur contrahere vitiũ. Cæterum hoc peccatum, quamuis

Peccatum ex baptizatis parentibus quomodo in filios transit. Augu. cap. 103. et li. 5 contra Pelagium.

non dubitamus in parentibus dimissum esse per baptismum, tamen in filios fidelium transit. Potest enim habere generatio carnalis, quod sola tollit regeneratio spiritualis. Tollit autem illa reatum concupiscentiæ (qui formale peccati à quibusdam dicitur) idque gratia renascendi, non autẽ ipsam concupiscentiam, quam materiale peccati

67.3. *Formale peccati. Materiale peccati.*

nonnulli vocant. Et quemadmodum præputium, quãuis per circuncisionem aufertur: manet tamen in eo quem genuerunt circuncisi. Præterea palea quæ humana opera separatur, manet tamen

Similitude.

in fructu qui de purgato tritico nascitur. Ita peccatum quod in parentibus per baptismum mundatur, manet in ijs quos genuerunt. Non enim parentes generant filios secundum illam generationem qua denuo nati sunt, sed potius secundum illam qua carnaliter & ipsi primum sunt generati. Sed vt

fiat

fiat hoc, satis est scire in omnes post eos Adæ peccatum ab ipso Adam manasse, docente scriptura, tum quod baptismo ab eo saluemur, etiam si nunquam nouerimus, quomodo in illud malum deuenerimus, vt Augustinus in loco quodam ait. At inquiet aliquis, sacris oraculis proditum esse, *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: Filius non portabit iniquitatem patris*. Ita quidē est, sed omnes quodammodo in Adam peccauimus, non aliter quàm omnes futuri fructus, vitiati sunt in vitio seminis aut radicis. Iustitia autem illa prima, quæ originalis nuncupatur, nō erat munus à Deo Adæ peculiariter tributū, sed humano generi: ideoq; cum hi qui erant tum genus humanum, facinus commiserunt. Vniuersum humanum genus beneficium illud perdidit. Quemadmodum quod ciuitas pusilla adhuc & infrequens decreuit ac statuit, eadem mox aucta & numerosa seruat. Et pauci patres copiosam suam in posterum sobolem obligant & deuinciunt. Porro concupiscentia quæ in paruulis baptizatis à reatu soluitur, ad agonem, vt Augustin. ait, relinquitur, ante agonem mortuos, nulla damnatione persequitur, paruulos non baptizatos reos innectit, & tanquam iræ filios, etiam si par-

Li. 2. de sententia beati Iacobi. Ezech. 18.

Concupiscētia post baptismū manet ad certamē, vt sit materia virtutis. 68 18.

Li. 2. ca. 4. de peccato. 280. 1.

rum meritis de remissio. cont. Pelagium.

si paruuli moriantur, ad condemnationem trahit. In grandibus autem baptizatis, in quibus iam ratione vtentibus, quicquid eidem concupiscentiæ mens ad peccandū consentit, propriæ voluntatis est: deletis peccatis omnibus, soluto etiā reatu, quo vinctos originaliter detinebat, ad agonē interim manet, nō sibi ad illicita cōsentiētib⁹, nihil omnino nocitura, donec absorbeatur mors in victoriā, & pace perfecta nihil quòd vincatur, existat. Consentientes autem sibi ad illicita, reos tenet, et nisi per medicinā pœnitentiæ & opera misericordię per cœlestē sacerdotē pro nobis interpellātem sanentur, ad secundā mortem, damnationemq; perducit. Hęc Augustinus. Præter peccatum originale, quod baptismate deletur, sunt alia peccata actualia dicta, à cōcupiscentia manantia, quæ pœnitentia delentur, docente scriptura. *Memor esto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Vnde beatus Hieronymus Tertullianum sequutus, secundam post naufragium tabulā, appellat pœnitentiam, primam tabulam intelligendo baptismum, quo ex naufragio originalis peccati, & actualis, si adulti baptizentur homines, enatant: secundā autem pœnitētiam. Peccatum actuale, est transgressio

Peccatum actuale. Apoc. 2.

Hier super Danielem.

Peccatum actuale.

greſsio legis diuinæ, quæ fit cogitatione, loquutione, & opere. Cæterũ cùm cogitatio peccati ſuggeritur in mente, ſi nulla ſubſequitur in eo delectatio, nec aſſenſus, peccatum non eſt. Quod quidem in corde conſummatur, etiam ſi ad opus non exeat, cũ eſt conſenſus deliberatus in peccatum. iuxta illud Saluatoris: *Quicunq; aſpexerit vxorẽ alterius ad concupiſcendum eã, iam adulteriũ commiſit cum ea in corde ſuo.* Peccatum actuale eſt duplex, mortale & veniale, ſeu minutum. Mortale eſt quod homini mortem æternam generat. Talia peccata commemorat Paulus ad Galatas: *Manifeſta ſunt* (inquit) *opera carnis, adulterium, ſcortatio, immunditia, laſciuia, ſimulachrorum cultus, veneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, iræ, concertationes, ſeditiones, ſectæ, inuidiæ, cædes, ebrietates, comeſſationes, et his ſimilia, de quibus* (inquit) *prædico vobis, quemadmodũ & prædixi, quòd qui talia agunt, regni Dei hæredes nõ erunt.* Veniale autem peccatum, quod licet animam non occidat, ita tamen eã (vt ait Augu.) velut quibuſdam puſtulis, & quaſi horrẽda ſcabie replẽs, deformẽ facit, vt eã ad amplexus illius ſponſi cœleſtis, aut vix, aut cum grandi confuſione venire permittat. De quo ſcriptum eſt: *Aptauit ſibi Eccleſiam non habẽ-*

Cogitatio.

Matth. 5.

Peccatum actuale duplex.

Galat. 5.

Veniale peccatum.

Serm. 39. de ſanctis.

Ephe. 5.

habentem maculam aut rugam. Et ideo (inquit) continuis orationibus, & frequentibus ieiunijs, & largioribus eleemosynis, & præcipuè per indulgentiã eorum, qui in nos peccant, aſsiduè reclamantur, ne forte ſimul collecta, cumulum faciant, & demergant animam.

Serm. 39. de ſanctis.

Exempla peccatorum venialium

Peccatorum venialium aliqua Auguſtinus in quodam ſermone nominat. Quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit, quã neceſſe ſit. Quoties plus loquitur quàm oportet, aut plus tacet, quã expedit. Quoties pauperem importunè petẽtem exaſperat. Quoties cum corpore ſit ſanus, alijs ieiunãtibus prandere voluerit, aut ſomno deditus, tardius ad Eccleſiam ſurgit. Quoties, excepto deſiderio filiorum, vxorem ſuam cognouerit. Quoties in carcere clauſos, & in vinculis poſitos, tardius requiſierit. Quoties infirmos tardius viſitauerit. Si diſcordes ad concordiã reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut vxorem, aut filium, aut ſeruũ exaſperauerit quàm oportet. Si amplius fuerit blanditus quàm expedit. Si cuicunque maiori perſonæ, aut ex voluntate, aut ex neceſsitate adulari voluerit. Si pauperibus eſurientibus cibum non dederit, aut nimium delicioſa aut ſumptuoſa ſibi conuiuia præparaut-

rauerit. Si se in Ecclesiá vel extra ecclesiam fabulis ociosis, de quibus in die iudicij ratio reddenda est, occupauerit. Hęc & alia peccata minuta seu venalia Augustinus recenset. Christiani autem hominis peccata omnia venialia dici possunt, nō quòd per se tantilla leuiaq; sint, verùm quod Dei beneficentio fidelibus condonentur, & non imputentur ad mortem, si dignos fructus pœnitentiæ egerint. Infidelis verò hominis etiá illa, quæ opera videntur honesta Deo grata non sunt, propter personam vitio sam factam incredulitate, iuxta dictum Pauli: *Quicquid ex fide non est, peccatum est*, Quod scilicet non referatur ad eum finem, ex quo omnia sunt bona, qui finis est Christus, qui factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt idem Paulus loquitur. Peccata capitalia, ex quibus cætera tanquam ex radicibus ortum ducunt, vel ad ea tanquam ad capita referuntur, numerantur septem. Superbia, auaritia, luxuria, inuidia, gula, ira, acedia. Quæ quidem describēda duxi, cum speciebus eorum, adiunctis ad ea sacræ scripturæ locis, quibus cauentur, aut conuelluntur. Superbiæ nomen à superando deducitur. Describitur autem superbia, inordinatus propriæ

Matth. 12.

Serm. 39. de sanctis.

Christiani hominis pcta omnia venialia dici possunt.

256.7

Infidelis hominis opera.

249.9.

Roma 14.

August. in Ioannem.

Roma. 10.

1. Cor. 1.

Peccata capitalia septem.

Superbia.

excellentiæ appetitus. Id autē fit pot
Modi 4. superbiæ. simū modis quatuor. Primò, quādo
nūm aliquis à semetipso habere puta
1. Cor. 4. Nā vt Apostol⁹ ait: *Quid habes, quod*
accepisti? Si autem accepisti, quid gloria
quasi nō acceperis? Alterò, quādo etsi
desuper datū credit, tamō hoc pro
meritis se accepisse putat. *Quis enim p*
Roma. 11. *or dedit Deo, & retribuetur ei?* ait Apos
1. Cor. 15. lus. *Cui⁹ gratia,* ait idē, *se id esse, quod*
Quod quidē nemo sanæ mentis, de
quoq; posse dici negauerit. Tertiò, qu
do iactat se habere quod non habet,
Matth. 23. quod vitiū exprobrat Christus Phar
sæis; *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocr*
tæ, quia similes estis sepulchris dealbatis,
quæ foris apparēt hominibus speciosa, intus
verò plena sunt ossibus mortuorū, & om
ni spurcitia. Sic & vos foris apparetis ho
minibus iusti, int⁹ autē pleni estis hypocri
et iniquitate. Quarto modo, quādo del
pectis cæteris singulariter cupit videri
habere. Quemadmodū ille Pharisæus
Luc. 18. apud Lucam, cùm diceret: *Deus gratias*
ago tibi, quia nō sum sicut cæteri hominū:
raptores, iniusti, adulteri, velut etiā hic pu
blicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do
omnium quæ possideo. Superbia, vt sapien
Eccles. 10. Hebræus ait, *initium est omnis peccati,*
vel quòd in omni peccato est inobe
dientia, vel quòd in homine non esset

concu-

concupiscētia, qua sensus & cogitatio prona sunt ad malū, si homo Deo obediuisset. Cùm verò cętera vitia in male factis valēt, sola superbia, etiā in rectè factis est cauēda. Eius Seruator admonet: *Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hominib⁹, vt videamini ab eis, alioquin mercedē non habebitis apud patrē vestrum, qui in cœlis est.* A peccato superbiæ plurimis sacræ scripturæ locis auocantur homines: *Odibilis* (ait Ecclesiasticus (*coram Deo & hominibus superbia. Quid superbit terra & cinis? Initiū superbiæ hominis, apostatare à Deo, quoniā ab eo qui fecit illum recessit cor eius, quoniā initium peccati omnis, est superbia: qui tenuerit illā, adimplebitur maledictis, & subuerteteum in finem. Sedes ducū superborū destruxit Deus & sedere fecit mites pro eis. Radices gētium superbarū arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gētibus. Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiā.* Et Petrus: *Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam suā.* Cuius rei inter cæteros est insigne exemplū Nabuchodonosor rex, qui regno eiect⁹ erat, & fœnū quasi bos comedebat, cumq; confiteretur potentiā solius Dei, in regnum restitutus fuerat.

Genes. 8.

Matth. 6.

Eccle 10.

73. 12.

Eccle. 3.

1. Petr. 5.

Danie. 4.

Superbiæ subijciuntur, ambitio, præsumptio, ingratitudo, curiositas, de- *Superbiæ species.*

risio, iudicium temerarium, iactantia, hypocrisis, pertinacia, dicordia, inobedientia, fastus in ornatu, erubescentia de humiliatione, irreuerentia, infidelitas, & si quæ sunt alia.

Ambitio. Ambitio est immoderatus honoris appetitus, de qua Paulus: *Nemo sibi ipse vsurpat honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Et alibi: *Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocãtes, inuicem inuidentes.* Quamuis autem operis bonũ desyderare, bonũ sit, tamen primatũ honoris concupiscere, vanitas est. Et certè, loco ignominiæ est apud indignũ dignitas, docente Salomone: *Quomodo nix in æstate, & pluuia in messe, sic indecens est stulto gloria.* Quæ quidem gloria, prouerbio dicitur Crocodilꝰ. Nam vt animal Crocodilus hominem insequẽtem se fugit, & fugientẽ persequitur: ita & gloria quærentes fugit, negligentes sequitur. Sallustius de Catone: Quo minus gloriam petebat, hoc eam magis assequebatur. Sed neq; est cur honor tanquam summum bonum expetatur. Cum enim honorem persequi videntur homines, vt seipsos bonos esse credant, vnde & à prudentibus, & apud eos qui ipsos cognoscunt, & ob virtutem honoribus affici quærunt. Constat secundum hos ipsos

Hebr. 5.

Galat. 5.

Chrysost.

Prouer. 20.

Gloria crocodilus.

Aristot. 1. Ethico.

honore

honore præstabiliorem esse virtutem.

Præsumptio, quasi præ alijs sumtio, cum quispiã aggreditur opus excedens facultatẽ aut iurisditionẽ suam. Describitur ab aliquib⁹ præsumptio, non moderatio spei. Idq; dupliciter: vel supra proprias vires, vel contra iustitiã Dei, quæ posterior est species blasphemiæ in Deum. Huius exemplum est apud Paulum: *Quid adhuc quæritur? voluntati eius quis resistet?* Qui sermo est impij hominis argutãtis Deo imputandum esse, nõ homini, si peccauerit, cùm voluntati eius nemo resistere potest. Atque propterea Paulus ait: *O homo, tu qui es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit, quare me sic finxisti?* Ab eo malo dehortatur illud sapientis Hebræi: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis.* Et Paulus: *Non alta sapiẽtes, sed humilibus consentientes.* Præsumptuosum, quidam sic describit. Primus in cõuentibus residet, in consilijs primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta, quicquid ipse non fecit, aut non ordinauit, nec

104.19

Roma. 6. 264.31. Eccle. 3.

Roma. 12. Bernard. de 12. grã. humilitatis.

rectè factum, nec pulchrè ordinatum existimat: iudicat iudicantes, præiudicat iudicaturos.

Ingratitudo. Ingratitudo est, cùm quispiam beneficij accepti est immemor, neque gratiam refert cui debet, si potest. Vitium iuxta veteres longè teterrimum. Diuersis maledicta cuncta, ingratum si dixeris, ait Mimus Publianus. Quamobrem veteres, vt esset retributio, Gratiarũ templũ in media ciuitate cõdebant. Finxerãt enim illi tres Deas Charites, id est, gratias. Vnã, quæ dat beneficium, alterã, quę accipit: tertiã quæ reddit, cõsertis manib⁹, quia ordo beneficij per manũ transeuntis, nihilominus ad dãtem reuerti debet. Ridentes, quia hilari vultu prestãda beneficia, Iuuenes, quia beneficiorũ memoria senescere non debet. Virgines, quia incorrupta, & syncera, & omnib⁹ sancta. In quibus nihil esse alligati, nec adscripti: solutis itaq; vestibus vtuntur. Perlucidis autẽ, quia beneficia conspici volunt. Ingratitudinis vitio laborantes, deteriores esse brutis Deus innuit apud Prophetã, dicens: *Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autẽ spreuerunt me. Cognouit bos possessorẽ suum, & asinus præsepe Domini sui, Israel autẽ non cognouit, & populus meus nõ intellexit. Qui reddit mala pro bonis, nõ recedet ma-*

Aristot. 5. Ethicorum.
Charites.
Seneca de beneficijs.
Esaiæ. 1.
Prouer. 17.

det malum de domo eius, ait Salomon.

Curiositas, superflua indagatio rerum ad se nō pertinentiū. Huius vitij notari vidētur Athenienses in Actib⁹ Apostolorū. Athenienses (inquit) & qui illic versabātur hospites, ad nihil aliud vacabāt, nisi ad dicendum, aut audiendū aliquid noui. Est sanè imperitissima scientia (vt ait Augustin.) dum nos scire gaudemus quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pythagoras, quid Demosthenes senserit, & cæteri huiusmodi, vt docti eruditiq; videamur, cū à doctrina & vera eruditione longè absit. Dehortatur ab eo vitio Ecclesiastes: *In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus*. Est autē in hoc vitio illud, quòd gen⁹ hominū curiosum est ad cognoscendā vitā alienam, desidiosum ad corrigendā suam. Curiosus verò animus, quantò peritior fuerit alieni, tantò fit magis ignarus sui. Vnde Paulus: *Propter quod inexcusabilis es, o homo, omnis qui iudicas: in quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Tu quis es, qui alienū seruum iudicas? Domino suo stat aut cadit, stabit autem. Potens est enim Deus statuere illum.* Et Seruator apud Lucum Euangelistam: *Quid vides festucam in oculo*

Curiositas 384.21.

Actu.17.

Ad Dioscurum.

Eccles. 3.

Non videmus manifesta quid in tergo est.

Roma.2.

Roma. 14.

Luc.6.

fratris tui, trabē autē, quæ est in oculo tuo non vides? Hypocrita, eijce primū trabē de oculo tuo, & tunc prospicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

Derisio. Derisio, qua quispiā malum alicuius vel defectū in ludum, vel risum ponit, vt erubescat. Quod sacræ literæ vetāt. *Ecclē. 7.* *Non irrideas hominem in amaritudine animæ suæ. Est enim qui humiliat & quietē altat circumspectior Deus.*

Iudicium. 82. 7. Iudicium temerarium, cùm aliquis iudicat de his quæ sunt dubia vel occulta, propter aliquas leues coniecturās, de quo Christus apud Matthæum: *Nolite iudicare & nō iudicabimini. Nolite condemnare & non condemnabimini.* *Li. 2. cōtra Manich.* Quo loco (inquit Augustinus) nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi vt ea facta quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. *Math 7.* Quod enim scriptū est. *A fructibus eorum cognoscetis eos*, de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri. Sunt quædam facta media, quæ ignoramus quo animo fiant, quia in bono & malo fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maximè vt condemnemus. Sunt autem duo in quibus temerarium est, *Aug. cōtra Manich.* iudicium, cùm incertum est quo animo quid factum sit, vel incertum est, qua-

qualis futurus sit, qui nunc vel bonus vel malus apparet. Horum primum notat Christus in Iudæis: *Venit* (inquit) *Ioannes, neque manducans, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & vini potor, publicanorum & peccatorum amicus.* Tales autem inuenias multos, qui de omnibus malè iudicant vt Chrysost, ait. Dicunt enim si quis studet, aut vacat humilitati, hypocrita est. Si recreationi gulosus est. Si patiētiæ timidus est. Si iustitiæ, impatiens est. Si simplicitati, fatuus est. Si prudētię malitiosus est. Si seueritati, phlegmaticus est. Si iucunditati, dissolutus est. Si religioni, singularis est. Si societati, secularis est. Si silētio, & paci, dissimulator est. Si aliorum correptioni, præsumptuosus est. Si instat vigilijs & orationibus, indiscretus est. Si dormitioni, sommolentus est. Si prædicationi, & aliorum saluti, appetitor est laudis. Si desistat, negligens est. Si habet gratiam hominum, adulator est. Si adulari renuit, dicitur quòd superbus est. Alterum verò modum iudicij temerarij notat Paulus, cùm dicit: *Tu quis es qui alienum seruum iudicas? domino suo stat aut cadit. stabit autē, potens est enim Deus statuere illū.* Item: *Tu autē*

Matth. 11.

Roma. 2.

quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuū? omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Et alibi, *Itaq; nolite ante tēpus iudicare, quoadusq; veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordiū.* Ad iudiciū rectum, tria requiri aiūt: Vnum vt procedat ex virtutis inclinatione, nō ex impetu affectus, aut suspitionis. Alterum vt procedat ex authoritate præsidentis. Tertium vt proferatur secundum rectam rationē prudētiæ. Quodcunq; horum defuerit in iudicio, dicetur inordinatum, illicitum. Si enim primum deerit, vocatur peruersum. Si alterū, dicitur vsurpatū. Si tertium, temerarium. Vnde Ambrosius: Iudicet ille de alterius errore, qui non habet in seipso quod condemnet: iudicet ille qui non agit eadem, quæ in alio putauerit esse punienda, ne cum de alio iudicat, de seipso sententiam ferat. Iudicet ille qui ad pronunciandum, nullo odio, nulla lenitate ducitur.

Diony. Car ad iudiciū rectum tria requiruntur.

397.3

Iactantia.

Iactantia, est voluptas gestientis & sese efferentis insolentius: quam prohibet Salomō: *Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, non labia tua.* Paulus ad Corinthios scribens, ne penitus arguatur eius vitij, ait: *Iterum dico ne quis me putet insipientem esse, alioquin velut*

Prouer. 27.

2. Cor. 11.

insi-

insipientem accipite me, vt ego modicum quid glorier. Hęc ille. Deforme est enim, ait quidam, de seipso prædicare, falsa præsertim & cum irrisione audiētium, imitari militem illū glorioſum, Thrasonem scilicet, qui apud comicum indu citur de se plurima stultè prædicans cum irrisione serui Gnatonis. *Cic. in off.* *Terent. in Eunucho*

Hypocrisis, Grecum est verbū, Latinè significat simulationem, à verbo ὑποκρίνω, id est, simulo, quod fit in his quę non sunt. Estque hypocrisis, simulatio alienæ personæ. De hoc vitio apud Ecclesiasticum scribitur: *Ne fueris hypocrita in conspectu hominū, & nō scandaliseris in labijs tuis.* Et alibi: *Est qui ne quiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo.* Christus itē apud Matthæum monet vt caueatur hoc vitium. *Cum oratis non eritis sicut hipocritæ, qui amāt in synagogis, & in angulis platearū stantes orare, vt videantur ab hominibus.* Idemque apud Matthæum ob hoc vitium comparat Pharisæos sepulchris mortuorum, quæ foris sunt speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorū. Quod si quis (ait quidam) simulatione & inani ostensione ficto nō modo sermone, sed etiam vultu, stabilem se gloriam consequi posse retur, vehementer errat. Vera gloria *Hypocrisis.* *212.25.* *Eccle.1.* *Eccle.19.* *Matth.6.* *Matth.23.* *Cice.2.Off.*

radices agit, atq; etiam propagatur, facta omnia celeriter tanquam floscu-

Via ad gloriam. decidunt, nec simulatum potest quicquam esse diuturnum. Estque cōpendiaria via ad gloriam, vt qualis quisque haberi velit, talis sit.

Pertinatia. Pertinacia, obstinatio, in propria sen-

104.21 tentia perseuerans plus quam oportet. Propter hoc vitium Iacob maledictum

Genes.49. ait furorem Simeon & Leui. Interest (ait Augustinus) quantū & in quibus

Ad Marcellam. rebus erretur, & quam facilè se quis corrigat, vel quanta pertinacia suum defendere conetur errorem.

Discordia. Discordia, est voluntatū quædā disgregatio, qua volūtas vnius fertur in vnū, & volūtas alterius in aliud. Hoc vitiores etiā maximas dilabi docet Chri-

Matth.12. stus: *Omne regnū in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domū cadet.* Seminantē discordias inter fratres anima

Prouer.6. Dei detestatur, vt Salomon scriptū reliquit: Quod si discipuli Dei sunt, qui

Ioan.13. charitatē seruant mutuā, vt ipse Christus docuit, procul dubio filij Sathanæ

Gregorius. sunt discordes. Est autem in hoc vitio molestum, quòd peruersæ mentes, si semel ad studium contrarietatis eruperint, siue prauum siue rectum quid à contradicentibus audiēt, aduersis hoc responsionibus impugnant, quia cùm

persona

persona per contrarietatem displicet, nec recta quæ protulerint placent. Huc pertinet schisma, id est, scrissura, hoc est, separatio spōtanea ab vnitate cœtus alicuius laudati. Ab hoc vitio Paulus Corinthios auocat: *Obsecro vos fratres, per Domini nostri Iesu Christi nomen, vt idipsum dicatis omnes, & non sint inter vos schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu.* Item: *Si quis videtur contentiosus: nos talem consuetudinē non habemus, neque Ecclesia Dei.*

Schismæ.

1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

Inobedientia, qua quispiā non paret illi, cui parendū est. *Obedite*, ait Paulus: *præpositis vestris. Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Et Samuel, *Melior est obediēta quàm victimæ.* Quōd scilicet per victimas aliena caro, per obedientiā verò propria volūtas mactatur.

Inobedientia.

Rom. 13.

Hebr. 13.

1. Reg. 15.

Fastus in ornatu. De quo Paulus: *Mulieres in habitu ornato cum verecundia & sobrietate ornantes sese, non intortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.* Et Petrus, *Non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorū cultus.* Et Esaias, *Pro eo quod elatæ sunt filiæ Syon, & ambulauerūt extēto collo, decaluabit Dominus verticem filiorum Syon, & Dominus crinem earum nudabit.*

1. Tim. 2.

1. Petr. 3.

Esaiæ. 3.

In die illa auferet Dominus ornamẽta calciamentorũ, & lunulas & torques, et monilia, & armillas. Vestis, scribit Hieronymus ad Eustochiũ, nec satis munda, nec sordida, & nulla diuersitate notabilis, ne ad te obuians turba cõsistat, nec digito demõstreris. *Amictus corporis* (ait Ecclesiasticus) *risus dentium & incessus hominis, enunciant de homine.* Eccle.19.

Erubescentia de humiliatione, quæ fit plerunque vt homines erubescãt recta agere. Id & Christus expressit cum Iudæis diceret: *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ad inuicẽ accipitis?* Ioan.5.

85.13. Irreuerẽtia, quæ est cùm honor debitꝰ alicui nõ exhibetur. Quod Paulꝰ fieri dissuadet. *Honore (inquit) inuicẽ præuenientes.* Et alibi: *Cui honorẽ, honorẽ.* Item: *Presbyteri qui bene præsunt, duplici honore digni habeãtur,* Petrus itẽ: *Omnes honorate.* Et in Leuitico præcipitur: *Cerã canitie capite cõsurge, & honora personam senis.* Irreuerentia. Roma.12. Roma.13. 1.Tim.5. 1.Petr.2. Leuit.19.

Infidelitas, Cuius tres species, vna gentilium grauis: altera Iudæorum, grauior: tertia hæreticorum grauissima. Obnoxij huic vitio Deo placere non possunt. *Sine fide enim impossibile est placere Deo,* vt Apostolus docet. Atque hactenus de superbia, & eius speciebus, deinceps de auaritia dicendũ est. Species infidelitatis. Hebr.11.

Auaritia. 88.29. Auaritia, est immoderata auiditas habẽdi

habendi diuitias, ab aueo, id est, cupio deductum nomen. Auaritiæ duæ speci*Species auaritiæ.*
cies sunt, Vna cùm quispiam sua plusquàm par est, amat, atque tenacius retinet, Altera cùm aliena iniquè cõcupiscit & acquirit. Ex prima specie nascuntur quatuor vitia, oblectatio nimia in diuitijs, tenacitas, detentio alieni, cura superflua.

Oblectatio nimia in diuitijs est, cum aliquis plus quã par est amat delectaturq; & sperat in multitudine diuitiarum. Vt dives ille apud Lucã, qui horreis maiorib⁹ factis, in eisq; fructibus reconditis, animę suę dicebat: *Anima, habes multa bona, reposita in annos plurimos requiesce, comede, bibe, epulare.* Abeo vitio scriptura sacra nos auocat, cùm dicit: *Diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere. Beatus dives qui inuentus est sine macula, & qui post aurũ non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris.* Diuitibus huius sæculi præcipe (scribit Paulus Timotheo) ne elato sint animo, neque spem ponãt in diuitijs incertis: sed in Deo viuente, qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum. Et certè longius à Deo est, qui inflammatur auaritiæ cupiditate, docente Christo: *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Quamobrem Paulus auaritiam appellat idolorum

Luc. 12.

Psal. 61.
Eccle. 31.

1. Tim. 6.

Matth. 6.

serui-

Ephe. 5. seruitutem, indicans eum qui se auri addixit vt Domino, esse auri seruum & idolorum cultui subiectum.

Tenacitas. Tenacitas, impietas nolēdo subuenire indigentibus, aut etiam nobis ipsis.

Luc. 6. Quod vt ne fiat adhortatur Christus apud Lucam, cùm diuitias temporales (quas mamon iniquas vocat, materiam nempe omnis iniquitatis) pauperibus largiri iubet, recepturis nos in æterna tabernacula, si bonis Dei vsi fuerimus ad nostram vtilitatem, vt villicus iniquus bonis Domini sui. Et Ioannes in

1. Ioan. 3. epistola: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo quomodo charitas Dei manet in eo.* Fœneratur Domino, ait Salomon, qui miseretur pauperis. Cui & Psalmographus

Prouer. 19. subscribit: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus.* Qui, vt scribitur apud

Psal. 40. Mattheum, in extremo iudicio exprobans impijs impietatem, illos in ignem mittet æternum. Cōtra, bonorū laudās pietatem, in regnū cœleste eos recepturus est. Est autem miserum & grauem in eo vitio, quod auarus etiam sibi nequam est, collectæ pecuniæ seruiens, nec illa vtens cùm opus sit. De quo

Matth. 25. Ecclesiasticus: *Vir o cupido & tenaci sui*

Eccle. 14. *ratione*

ratione est substantia, & homini liuido, ad quid aurũ? Qui aceruat ex animo suo iniustè, alijs congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur, Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & nõ iocũdabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est malitiæ illi? Idemq; monet ante mortẽ bene faciendũ esse amico, & ante obitũ operandã esse iustitiã. 79.2.

Detentio alieni, cùm quispiam non restituit malè acquisita, aut à se, aut ab ijs qui ea relinquunt. A quo vitio alienum se ostenderat Zachæus illo Euangelicus: *Si quid* (inquit) *aliquem defraudaui, reddo quædruplũ.* Huius vitij arguendi sunt, qui mercedem detinent. Quod fieri vetat illud in Deuteronomio: *Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ, qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante Solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animã suam, ne clamet cõtra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum.* Et Iacobus: *Ecce merces operariorum qui messuerũt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit.* Luc. 19. 210. 30. Deut. 24. Iacob. 5.

Cura superflua, cùm quispiam anxiè sollicitus est de futuro, non habi-

ta ſpe in Domino, qui etiam cœli volatilia paſcit. Ab eo vitio dehortatur

Matth. 6. Chriſtus: *Nolite ſolliciti eſſe, dicētes: Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gētes inquirũt. Scit enim pater vester cæleſtis, quia omnibus his indigetis. Quærite ergo primũ regnũ Dei, & iuſtitiã eius, & omnia adijcientur vobis.* In quem quidē Deum Petrus

1. Petr. 3. Apoſtolus omnem curã proijciendam eſſe præcipit, quod ipſi ſit cura de nobis. Neq; id mirũ, cũ volatilibꝰ cæli prouideat, vt Chriſtus apud Matthæum docet: *Reſpicite volatilia cæli, quæ nõ ſerunt,*

Matth. 6. *neque metũt, neque congregant in horrea,*

Hebr. 13. *& pater vester cæleſtis paſcit illa. Nónne vos pluris eſtis illis?* Sint igitur mores ſine auaritia, cõtenti præſentibꝰ. Ipſe enim dixit: *Non te deſeram, neque derelinquam,* Ita vt cõfidentes dicamus: *Dominus nihi adiutor, nõ timebo quid faciat mihi homo.* Id autē vel eo magis faciendum eſt: partim quod ſollicitudine noſtra nihil efficiemus. Cum (vt Chriſtus

Matth. 6. docuit) nemo ſollicitè cogitans poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum: partim quod qui volunt diuites fieri, ait Apoſtolus, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & deſyderia multa inutilia & nociua, quæ homines mergunt ad interitum &

1. Timo. 6.

perdi-

perditionem. Radix enim malorum est cupiditas, quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.

Vitia ex altera specie auaritiæ manantia. 95.30.

Ex altera specie auaritiæ hæc vitia manant, furtum, rapina, vsura, fraudulèta negociatio, simonia, quæstus scelestus, corruptio munerum, superflua acquisitio, proditio, sacrilegium, & si quę sunt alia.

Leuit.19. Deute.5. Tobiæ.2.

Furtum, occulta ablatio rei alienæ, inuito Domino. Hoc vetat scriptura. *Nō furtum facies.* Et Tobias, *Non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.* Et Paulus: *Qui furabatur: iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.*

Ephe.4.

Rapina, violenta ablatio rei alienæ, eaque iniusta. In laborantes hoc vitio exclamat Esaias: *Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis?* Item: *Dominus adiudicium veniet, cum senioribus populi sui, & principibus eius. Vos enim depasti estis vineam, rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? dicit Dominus Deus exercituum.* Huc pertinet cum quispiam reperta non reddit. Si quid inueniſti, & non reddidisti, rapuisti, ait Augustinus.

89.10.

Esaiæ.33.

Vsura

Vsura. Vsura, lucrū ex mutuo dato. Hæc
Exod. 22. cris literis cauetur: *Si pecuniam mutuo dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum nō vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes.* Item: *Pecuniam tuam*
Leuit. 25. *dabis in vsuram.* Et Dauid: *Habitabit*
Psal. 14. *rum in tabernaculo Domini, ait, illum, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Nihil vsuris turpius, nihil crudelius, ait
Super Mat thæum. Chrysostomus. Alienas hic negotiatur miserias, & lucrū suum, alterius aduersitatē facit: talis est quasi manum subcipiens & in naufragium impellens.

Negotiatio Fraudulenta negotiatio, fraus in em-
89.15 ptione, venditione, cæteris que contractibus. De qua in Deuteronomio: *Non*
Deute. 25. *habebis in sæculo tuo diuersa pondera, maius & minus, nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & verū, & modius æqualis & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quam Dominus Deus dederit tibi.* Abominatur enim Dominus Deus tuus eum, qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam.

Simonia. Simonia, emptio aut venditio rei spiritualis, à Simone mago dicta, qui donum spiritus sancti (vt in Actibus
Act. 8. est Apostolorum) emere voluit. Atque propterea audiuit à Petro: *Pecunia tua sit tecum in perditionem, quoniam donum*

Dei existimasti pecunia possideri. Nō est tibi pars neq; sors in sermone isto, cor enim tuū non est rectum coram Deo: Pœnitentiam itaq; age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui, in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis te esse video.

Quæstus sceleratus, est lucrū ex re, vetita lege, vt est meretriciū, sortilegiū, alea. De eo Sapientiæ quindecimo: *Æstimauerūt lusum esse vitā nostram, & cōuersationem vitæ cōpositam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo acquirere.* Quæstū meretriciū auersatur Dominus in Deuteronomio: *Non offeres mercedē prostibuli in domo Domini tui.* Et alibi: *Ne prostituas filiam tuā, ne cōtaminetur terra & impleatur piaculo.* De auguribus verò scribitur in Leuitico: *Non declinetis ad magos, nec ab Ariolis aliquid scisciteminī, vt polluamini per eos. Ego Dominus Deus noster.*

Quæstus.

Deute. 23.

Leuit. 19.

Superflua acquisitio, de qua Esaias: *Væ qui coniungitis domū domui, & agrum agro copulatis vsq; ad terminū loci, nunquid habitabitis vos soli in medio terræ?* Et Paulus: *Est magnus quæstus pietas cū sufficientia: nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quòd nec auferre quicquam possumus: Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus*

Esaiæ. 6.

1. tim. 6.

mus. Proditio, qua quis propter pec-
niam prodit aliquem, aut res eius
secreta. Eius exemplum est Iudas, q
Christum prodidit Iudæis triginta a
genteis acceptis. Sacrilegium, rei sac
aut è loco sacro ablatio. Ob hoc vi-
2. *Mach.* 3. um Deus mirabiliter percussit Helio-
dorum, vt scribitur in libris Machabæ-
rum. Sed hactenus de vitijs ex fonte a-
uaritiæ manantibus.

355.16. Luxuria à luxo, id est, soluo de-
ctum nomẽ, est appetitus inordina
delectationis carnalis, quamuis & in a
lijs excessum noret. Eius species hæ e
se dicũtur, Fornicatio. Stuprum, Ad
terium, Incœstus, Sacrilegium, Vitium
contra naturam, & si quæ sunt aliæ.

209.16 Fornicatio, est concubitus natura
Ephe. 5. soluti cum soluta. De hac Paulus: *Fo-
nicatio & omnis immunditia, ne nomi-
tur in vobis, sicut decet sanctos.* Item: *No-
lite errare, neque fornicari, neque molle
neque masculorum concubitores, regnu
Dei possidebunt.*

Genes. 24. Stuprum, quo mulier virgo er
matrimonium defloratur. Huius e
emplum est inter cætera, in Sichem
filio Hemor, qui Dinam filiam I
cob rapuerat, propter quod Simeo
& Leui plurimos trucidarunt Sich
Exod. 22. mitas. De eo vitio in Exodo scrib

tur ad eum modum: *Si seduxerit quis virginem, necdum desponsatã, dormieritq; cum ea, dotabit eam, & habebit eam vxorẽ: sin pater virginis dare noluerit, reddet pecuniã iuxta modum dotis, quam virgines accipere conuenerunt.*

Adulteriũ, concubitus cũ coniugato seu coniugata alteri. De eo in Leuitico scriptũ habetur: *Si mœchatus quis fuerit cũ vxore alterius, & adulteriũ perpetrauerit cũ coniuge proximi sui, morte moriatur & mœchus et adultera.* Et Paulus: *Fornicatores & adulteros iudicabit Dominus.* *Leuit. 20.* *Ad Heb. 13*

Incœstus, carnalis commixtio inter consanguineos & affines. Huius exemplum est in Ammon, qui suam sororem Thamar stuprarat, atque ob hoc postea ab Absolone fratre illius est interfectus. Hoc peccatum cauetur in Leuitico: *Qui duxerit vxorem fratris, rem facit illicitam, turpitudinẽ fratris sui reuelauit, absque liberis erunt. Qui dormierit cum noverca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo.* *2. Reg. 13.* *Leuit. 20.*

Sacrilegium, coitus cum persona sacra. Apud Ethnicos olim quæ virgo Vestalis in eo scelere deprehensa fuerat, viua defodiebatur.

Vitium contra naturam, coitus non naturalis, ad quem sequi nõ potest generatio, quam natura intendit. Eius 359. 12.

qua-

quatuor sunt species: Prima, mollicies cùm procuratur pollutio venerea delectationis causa absq; concubitu. Secunda, bestialis cõcubitus ad rem non eiusdem speciei, de qua Leuitici vigesimo: *Qui cum iumento coierit, morte morietur.* Tertia, sodomia ad indebitũ sexum. Cuius mentio est apud Paulũ ad Corinthios: *Masculorum,* inquit, *concubitores.* Quarta, cùm nõ seruatur naturalis modus concumbendi. Hactenus de speciebus luxriæ, quæ præter id quòd Deo odibiles reddit, sensum hebetat, intellectum confundit, memoriam obturat, euacuat sensum, obnubilat visum, hominem pallidum ac fœdum reddit, senectutem inducit, mortem denique maturat, vt quidam docet.

1. Cor. 6.

Incõmoda luxuriæ.

Gregorius.

Inuidia.

Inuidia est tristitia de alieno bono. Eius duo genera sunt: Vnum, dolere de prosperis: Alterum gaudere de aduersis. Inuidiam à nobis reijciendam esse monet Paulus, ad Galatas scribens & Petrus. Cuius incommoda Salomon describit: *Vita corporis, sanitas cordis, putredo ossium inuidia.* Idem monet in casu inimici non gaudẽdum esse. *Cum ceciderit,* inquit, *inimicus tuus ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suã.* Inuidia

97. 14

Galat. 5.
1. Petr. 2.
Prouer. 14.
Prouer. 24

dum tamen ruina inimici lætificare po teſt præter amiſsionem charitatis: & proſperitas contriſtare, vtpote dum eo ruente quoſdam bene erigi credimus, aut eidē re proſperè cedente plerosque iniuſtè opprimi formidamus: ſic ſubuer ſo Pharaone populus Iſraëliticus canticum cecinit, & Matathias cū ſuis de proſperitate iniuſti Antiochi doluit. *Exod. 25. 1. Macha. 2 & 5.*

Ab inuidia proficiſcuntur detractio, murmuratio, incommunicatio, crudelitas.

Detractio, oblocutio ad diminuendam gloriam à benefactis, aut exaſperandam inuidiam in malefactis. Hanc fugiendam monet Salomon: *Remoue à te os prauum, & labia detrahentia ſint procul à te.* Et Iacobus: *Nolite detrahere alterutrum fratres.* De detractione ita Auguſtinus ſcribens de conflictu vitiorum & virtutum. Detractionem, dicit, quis poteſt ſuſtinere, quis poteſt ſilentio tegere, quanta ille vel illa committit, niſi forte qui conſentit? Libertas iuſtè increpans reſpondet, nec tacenda ſunt mala proximi, nec illis conſentiendū, ſed charitate fraterna in facie proximus redarguendus eſt. Nonnunquam etiā errata delinquētium ad tempus ſilētio tegēda ſunt, vt apto tēpore corrigantur. Detractioni cogna- *212. 7. Prouer. 4. Iacob. 4. Auguſt. Suſurratio.*

ta est sũsurratio, cum quispiã gloriam alterius in occulto minuere studet. De hac Ecclesiasticus: *Non appelleris susurro* Eccle.5. *in vita, & lingua tua ne capiaris, & confundaris.* Susurratori odium et inimicitia, & contumelia. Et Salomon: *Susurrone subtracto iurgia cessabunt.* Prouer.16.

Murmuratio contra Deũ, aut quempiam alium, quod in alterum bona contulerit. Eius exemplum est inter cætera, in Maria sorore Moysis, quæ murmurauit contra Moysen, dicens: *Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis locutus similiter est?* Atq; propter id apparuit Maria candens lepra, quasi nix. Nume.12.

Incommunicatio, quũ quispiam suã aut aliena bona communicare alijs nõ vult, ne inde proficiant, sicque ei acquentur. *Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ est vtilitas in vtrisque* Eccle.41. ait Ecclesiasticus.

Crudelitas, crudele aliquod facinus, 387.31. ad quod inuidia adducit. Eius exemplum est in Cain, qui inuidia ductus, Genes.4. Abel interfecit. Et in sacerdotibus qui Christum propter inuidiam tradiderunt, vt scribitur apud Matth. Matth.27.

Gula. Gula, est inordinata concupiscentia cibi & potus. Quę quidem non eo con- 100.4. sistit, quòd cibus suauis suauiter sumi-

tur

tur, quia hoc naturale est: sed in hoc quod cibus aut potus inordinatè appetitur, vtpote propter concupiscentiam delectationis, ob quam habendam agimus, aut parati sumus agere, contra præceptum Dei, comedendo prius, crebrius, plus quàm oportet. Neque tam substantia & qualitas cibi seu eius vsus in culpa est, quàm immoderata eius concupiscentia, & modus vtendi. Nam lautiores cibos, plerunque sine culpa sumimus, & abiectiores aliquando cum reatu concupiscentiæ degustamus. Non enim propter capum, sed propter pomum Adam mortem incurrit. Quidam ponunt triplicem gulæ excessum. Vnum quando tempus præuenitur. Alterum quando lautiores cibos appetit quispiam. Tertium quando nimio appetitu aliquis cupit aut vorat quoscunque cibos. De primo illud est apud Esaiam: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandã, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis.* Secũdi verò exẽplũ est in Iudæis qui carnes cupierunt & comederunt, in quorũ dẽtibus adhuc escę erant, & ecce furor dñi concitatus in populum, percussit eũ plaga magnanimis, vt in Numeri scriptũ habetur. De tertio est illud Seruatoris apud Lucã: *Attendite vobis,*

Gregor. in moralibus Gulæ excessus triplex.

Esa. 5.

Num. 11.

Luc. 21.

ne forte grauẽtur corda vestra crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ. Et Paulus: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.*

Ephe. 5.

Comitantia gulam.

Gulam comitatur sensuum hebetudo, scurrilitas, turpiloquium, immunditia.

De sensuum hebetudine loquitur Salomõ: *Luxuriosa res vinũ, & tumultuosa ebrietas, quicunq; his delectatur, non erit sapiens.* Et Oseas: *Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.* Proinde Græci appellatur temperantia σοφρόσυνη ὁτι σοῳουσαν την φρονησιν, id est, tanquã seruans prudentiam.

104. 4.

Oseæ. 4.

Scurrilitas.

Scurrilitas, seu iocularitas, incompositus gestus corporis, risum ciens. De qua est illud in Exodo: *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.*

Exod. 32.

Ephe. 4.

1. Cor. 15.

De turpiloquio Apostol⁹ loquitur: *Omnis sermo spurcus ex ore vestro nõ procedat. Corrumpunt bonos mores colloquia prava.*

Immunditia, superfluitatum emissio, per vomitum aut venerem.

Ira.

Vindicta iusta.

Ira, est appetitus vindictæ inordinatus. Vindicta iusta potest iuste affici & infligi, vt cũ pater & præfectus irascitur filio aut subdito, propter delicta quæ etiam punit. Quo quidem modo vnusquisq; potest iratci iustè vitijs, eorumq; vindictã appetere, vt scilicet illa com-

101. 12.

corrigãtur, ficq; pax & iuſtitia cõſeruetur. Talis ira ſecundũ ordinẽ rationis dicitur zelus: qualẽ habuiſſe Phineẽ legimus, cũ ſcortũ Madianitidẽ interfecit. Qualẽ Moſen cũ de monte deſcendens ac animaduertens vitulũ conflatilẽ, tabulas decalogi perfregit. Quali percitus Dauid, in matutino percutiebat oẽs peccatores terræ, vt diſperderet de ciuitate Dñi oẽs operãtes iniquitatẽ.

Zelus. *Nume.25.* *Exod.32.* *Pſal.100.*

Ab ira manant, blaſphemia, maledictio, rixa, homicidinm, odium, & cætera eius generis.

Vitia ab ira manãtia 98.24.

Blaſphemia, eſt cùm iratus quiſpiam, prorumpit verbis in Deum, ſicut nautæ plerunque facere ſolent. De hoc vitio in Leuitico ſcribitur: *Homo qui maledixerit Deo, portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi.*

Blaſphemia *Leuit.24.*

Maledictio de qua Chriſtus apud Matthæum: *Qui dixerit fratri ſuo racha, reus erit concilio. Qui autem fatue, reus erit gehennæ ignis.* Et Paulus: *Benedicite perſequentibus vos. Benedicite, & nolite maledicere.* Et Petrus: *Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto.* Et in Exodo: *Principi populi tui nõ maledices.*

Maledictio. *Matth.5.* *Roma.12.* *1.Petr.3.* *Exod 22.*

Rixa, ira prorumpens in exterio-

rem vim, seu nocumentum ipso facto.

Exod.21. Homicidium. De quo in Exodo: *Si*

204.5. *quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo auelle illum vt moriatur.*

205.7. Odium, ira inueterata. Eo qui per-

1.Ioan.3. sequitur fratrem, homicida Ioanni dicitur: *Omnis* (inquit) *qui odit fratrem suum, homicida est.* Quoniam autē vix illa vnquam ira sua videtur iniusta, ideo si ipsa diutius permaneat, facilè conuertitur in odiū: itaque nō abs re præcipit

Ephe.4. Apostolus: *Sol non occidat super iracundiam vestram.*

Acedia. Acedia, est tædium bene operandi. Dicitur Acedia ab α, quod priuationē notat, & κηδία, id est cura, quasi incu-

Epist.17. ria, pigritia. Constat ex antedictis hominem ideo creatum, vt Deum agnosceret, agnitum amaret, illiq; seruiret, in sanctitate & iustitia, omnibus die-

199.12. bus suis. Proinde qui istuc ipsum facere negligit, vitium acediæ incurrit.

Acediæ filiæ ponūtur à quibusdam, pusillanimitas, torpor, desperatio, rancor, malitia, euagatio mentis.

Pusillanimitas, qua homo ex pu-

uitate animi retrahit se à magnis operibus, quib⁹ sibi & alijs prodesset. Co-

Prouer.22. tra hunc est illud Solomonis: *Dicit pi-*

ger, leo est foris in medio platearum, tra-

de-

dendus sum. Idemque clamat: *Vade ad formicam, ô piger, & disce & considera vias eius, & disce sapientiam, quæ cùm nõ habeat ducem, nec præceptorem, & principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.* Prouer. 6.

Torpor est, cùm præcepta in totum omittuntur, aut ea remissius adimplentur. De quo Hieremias: *Maledictus qui facit opus bonum negligenter.* Ierem. 48.

Desperatio, recessus à Deo, qui summum bonum. Cuius exemplum est in Iuda et Cain, qui dixit: *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Genes. 4.

Rancor, indignatio in eos qui volunt nos inducere ad bonum. *Nõ amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur*, ait Salomon. Prouer. 15.

Malitia, detestatio præceptorũ Dei, de hac Iob: *Qui dixerunt Deo, recede à nobis, & scientiam viarum tuarũ nolumus.* Iob. 21.

Euagatio mentis, curiositas animi circa mundi vanitates sensibus exterioribus delectabiles. In quo quidem mundo. *Omne quod est*, ait Ioannes, *concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ*: atque ob id non diligendum mundũ, neque ea quę in mundo sunt, sed hactenus dictũ esto de peccatis capitalibus, speciebusque eorum, quibus cõtra præcepta Dei 1. Ioan. 2. 16. 17.

delinquimus, cogitatione, locutione, opere & omissione, vt ante dictum est.

247.24. Vix autem aliunde extrinsecus peccamus, quam per sensus quinque, vtpote audiendo, videndo, gustando, tangendo, olfaciendo. Audit enim auris, & intentionem nostrã inflectit. Videt oculus, & mox concupiscimus. Tactus contingit, & ignem concupiscentiæ accendit. Os degustat, & gulã suam explet. Inhalat odor, & cogitationem impedit.

Hierem.9. Vt verè dicit Hieremias: *Ascendit mors per fenestras vestras.* Sub prædictis peccatis comprehenduntur & illa, quæ in Spiritumsanctum peccata dicuntur, & alia peccata. Numerantur autem peccata in Spiritumsanctum, desperatio de

Peccata in spiritumsanctum.

183.8. misericordia Dei, præsumptio de misericordia Dei, cùm scilicet quispiã absq;

307.21. timore Dei nimis confidit. Obstinatio in malo, finalis impœnitentia, inuidentia fraternæ virtutis, impugnatio agnitæ veritatis. Quæ quidem peccata in Spiritumsanctum dicuntur, quia directè pugnant contra principia remissionis peccati, & consequẽdæ veniæ & gratiæ Dei, quæ spirituisancto peculiariter attribuũtur. Quoniã aurẽ non solùm, qui iniqua agunt, digni sunt morte, sed etiam qui consentiunt facientibus, vt Paulus ait: Quamobrẽ & à pec-

183.7.

Peccata in spiritumsanctũ sursic dicta.

Roma.1.

cati

catis illis, quę aliena appellantur, cauendum est. Peccata verò aliena hisce verbis notantur: consulo, vt scilicet quis malefaciat: precipio, consentio, prouoco, laudo, non retego culpam, non punio, non reprehēdo, participo, defendo.

MORS.

Morti damnationique æternæ, &c.

MOrs quadruplex. Vna animæ, qua anima mori dicitur, cùm peccat, atque ita Deum deserit. Sicut enim corpus viuit ex anima, ita anima vt beatius viuat, viuit ex Deo. Hac morte Adam mortuus, simulatque gustauit fructum vetitum. Iuxta illud: *In quacunque die ex eo comederis, morte morieris.* Altera mors est corporis, quando anima dissoluitur à corpore. Hāc mortem cùm prima Christus notauit, cùm dixit Adolescenti volenti prius sepelire parentes suos, deinde illum sequi: *Sine mortuos sepelire mortuos suos.* Vbi mortui secundum animam, mortuos secundum carnem sepelire iubentur. Tertia mors est solius animæ, quam dū ex hoc corpore exierit, patitur. Secundū illud, quod de Diuite legimus: *Pater Abrahā*, inquit Dives, *mitte Lazarum*,

Mors quadruplex.
Aug. quæstione. 32. ad Orosiū.
Gene. 2.
398. 26.
Matth. 8.
Luc. 16.

rum, vt digito suo refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quarta mors, cum anima recipiet corpus, vt in igne mittatur æternũ. Secundũ illud q

Matth. 25. Dominus ait de futuro iudicio. *Ite in igne æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius.* Primã igitur mortẽ, hæc posterior triplex subsecuta est. Suntque in

Sex incommoda quæ originale peccatum sequuntur. summa sex incõmoda, quæ per peccatũ Adæ incurrimus, carentiã innocẽtiæ & gratiæ Dei: immunditiã propter peccatum: iram Dei, seruitutẽ peccati, potestatẽ diaboli, reatum ad mortẽ. Caterum à seruitute peccati proficiscitur, vt in multis cæcutiamus, labamur, deficiamus, vincamur, & volentes nolentes, in aliquibus seruiamus legi peccati, quæ est in mẽbris nostris. Hanc seruitutem,

Roma. 7. ab eaq; liberationem expressit Paulus: *Condelector legi Dei secundũ interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum.* Hæc ille.

Redacti sub iugum, &c.

Potestas diaboli. Propter peccatum Adæ, habuit diabolus potestatem quandam in hominem, non iure acquisitam, sed nequiter

108. 3. vsur-

vsurpatam, iustè tamen à Deo ei permissam. Quam quidem potestatem, & captiuitatem nostram, sub eo ostendit Christus, cũ eũ appellauit principẽ huius mundi, & fortem armatum custodientem atrium suum, possessoremque vasorum. Nam si diaboli atrium mundus erat, & vasa homines, & ille princeps mundi: dominabatur vtique ille aliquo modo in hominibus. Et cùm se solum Christus exceperit, dicens: *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam*: insinuauit profectò in reliquos homines, aliquam potestatem dæmoni fuisse. Ab hac potestate à Deo liberatos, nos docet Paulus: *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnũ filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum*. Et rursus de Christo: *Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, tulit de medio, affigens illud cruci, & expolians principatus, & potestates traduxit confidenter palam*. Hanc potestatem & Prophetæ tradiderant, cũ Christum sub nomine Saluatoris promittebant. *Exulta satis* (inquit Zacharias) *Filia Sion, iubila filia Hierusalẽ, Ecce Rex tuus venit tibi iustus, & Saluator*. Et idẽ Propheta Seruatorem alloquitur: *Tu*

Luc.11.

Coloss.1.

Coloss.2.

Zacha.9.

Matth.21.

Zacha.9.

quoque in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Cæterum potestas hæc dupler esse perhibetur. Vna, qua Diabolus in originali, vel mortali peccato existentes retruderet in locum, in quem mittuntur hi, qui non sunt futuri hæredes regni cœlestis. Altera potestas, qua manentes in orginali peccato, vel mortali, decipere potest frequentius, & in peccata teterrima facilius inflectere.

Potestas diaboli duplex.

363.14.

PROMISSVS Christus.

Porro Deus, qui diues in misericordia, &c.

NOn propter cuiusquam merita, sed propter misericordiam suam, & charitatem, Deus pollicitus est se missurum filium seruatorem, qui homines fideles mundaret à peccato, & liberaret à tyrannide diaboli. De qua re Paulus: *Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, & cùm essemus mortui conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus, abundantes diuitiæ*

Ephe. 2.

uitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſuper vos in Chriſto Ieſu. Gratia enim Dei ſaluati eſtis per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Hæc ille. Eſt autem hæc promiſsio facta, ſimulatque peccauit Adam. De qua in Geneſi: *Inimicitias ponam* (ait Deus ad Serpentem) *inter te & mulierem, & ſemen tuum & ſemen illius: Ipſum* (ſcilicet ſemen, quí eſt Chriſtus Ieſus) *conteret caput tuum*. Ipſum enim habet textus Hebraicus. Eſtque ſæpius repetita hæc promiſsio tempore legis naturæ, & legis ſcriptæ. Nam ut ſcribitur in Geneſi, capite duodecimo, dixit Deus ad Abraham: *In te benedicentur vniuerſæ cognationes terræ*. Et vigeſimo ſecundo: *Benedicentur* (inquit) *in ſemine tuo omnes gentes terræ*. Et vigeſimo ſexto loquitur ad Iſaac: *Benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ*. Et ad Iacob dixit vigeſimo octauo: *Benedicentur in te & in ſemine tuo cunctæ tribus terræ*. Qui quidem Iacob Geneſis quadrageſimo nono prædixit, tam diu Iudaica duratura, & principes Iudæorum, quoad Chriſtus veniret: *Non auferetur*, inquit, *ſceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus eſt, ipſe erit expectatio Gentium*. Porro has promiſsiones de Chriſto intelligẽdas eſſe, *Geneſ. 3.*

vel ex illo Zachariæ conuinci potest, quod habetur apud Lucam. *Benedictus Dominus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorū, qui a seculo sunt Prophetarū eius. Salutē ex inimicis nostris, & de manu omniū qui oderunt nos. Ad faciendā misericordiā cum patribus nostris, & memorari testamēti sui sancti. Iusiurandū quod iurauit ad Abrahā patrē nostrum, daturū se nobis.* Hoc ipsum indicat, & virgo Maria in Cantico, cùm dicebat: *Suscepit Israël puerū suū recordatus misericordiæ suæ. Sicut loquutus est ad patres nostros, Abrahā & semini eius in sæcula.* Quin & Paulus ad Galatas scribens has promissiones de Christo intelligi explicat. Tempore verò legis scriptum hanc promissionē esse repetitā liquet. Nam in Deuteronomio scribitur: *Prophetā de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies.* Cuius prophetiæ Philippus mentionem facit apud Ioannem. Stephanus quoq; in Actibus Apostolorum. Et Dauidi manifestissimū est promissionē hanc esse factam, vt habetur secundi Regū septimo: *Ipse ædificabit domum nomini meo* (ait Dominus ad Dauid) *& stabiliam thronum regni*

Luc. 1.

Canticum Mariæ.

Galat. 3.

Promissio de Christo tempore legis.

Deute. 18.

Ioan. 1.

Actuum. 7

eius, vsq; in sempiternum. Ego ei erō in patrem, et ipse mihi erit in filiū. Cuius promissionis meminit Paul⁹ ad Hebræos. Quæ quidem promissio perfecta est, Christo rege cœlitum, atq; hominum constituto. Vnde & ipse Dauid eā pollicitationem magnificat dicens: *Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Et eandem promissionem videtur confirmasse Deus Salomoni, cùm diceret: *Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit pater tuus, in simplicitate cordis, & æquitate, & feceris omnia quæ præcepi tibi, & iudicia mea, iustitiasque seruaueris, ponā thronum regni tui super Israël in sempiternū, sicut locutus sum patri tuo Dauid, dicens: Nō auferetur vir de genere tuo de solio Israël.* Videturq; Gabriel Angelus has & similes promissiones de Christo docuisse exponere, cùm Mariæ dixit: *Dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, et regni eius non erit finis.* Explicuit enim in his per Christum filium Dauid futurum fuisse perpetuum regnum ipsius Dauidis super Israël, & non alios. Nam solum regnum Christi prædixerant Prophetæ futurum esse sempiternum. Proinde & Matthæus Euangelista, generatio-

Hebr. 1

Psal. 131.

2. Para. 7.

Luc. 1.

131.27. rationem Christi describens, vocat
Genealogia Christi, quã describit Matthæus.
Christum filium Dauid & Abraham, quòd scilicet sit de semine eius oriundus, secundum promissionẽ Dei, quam probat recensens catalogum generationis eius. Quin & per Prophetas aduentum filij sui Deus prædixit. Vnde
Aduẽtum Christi prædixere Prophetæ.
Petrus dixit omnes Prophetas testimonium huic perhibere, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum. Et Paulus
Actu. 10.
143.5. uangelium, hoc est, bonum, & salubre
Roma. 1.
nuncium, dicit promissum à Deo per
Roma. 15.
Prophetas suos in scripturis sanctis. Et alibi ait, Christũ fuisse ministrum circuncisionis, ad confirmãdas promissiones patrũ. Sed neq; solũ aduentus
Quæ de Christo prædixere Prophetæ.
lij Dei prædictus à Prophetis, sed tempus, locus, modusque natiuitatis eius resq; per illũ gestæ. De tẽpore quidem
Genes. 42.
natiuitatis, est vaticinium Iacob: Non
142.21. *auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, ipse erit expectatio Gentium.* Quibus verbis indicat, tam diu duraturos Principes Iudæorum, quoad Christus veniret: Quod quidẽ factũ: Nã Christus natus sub Herode Ascalonita, qui fauore
Tempus natiuitatis Christi.
Matth. 2.
ducũ Romanorũ, trãstulit in se regnum Iudęorum, cùm esset exterus Idumæus.
Machabæi
Et quamuis ante natum Iesum Mach-

bæi tenuerũt res Iudaicas, qui fuerunt ex tribu Leui: tamen ex materno genere fuerunt de Iuda: tribus autem pontificalis & regalis fuerunt commistæ, vt liquet ex quarto libro Regum, capite vndecimo. Et quãuis Iudęi quidam, prophetiã hanc interpretantur de Nabugodonosor rege Babyloniorum, qui (vt ipsi dicunt) propter peccata populi, ad totius terræ illius perditionẽ, atque ad regni ablationem à Deo missus fuit. Tũc enim (vt aiunt) interfecto Sedekia Rege, qui ex tribu Iuda erat, ac filijs eius, regnum Iuda omnino defecit. Tamen falluntur: Nã (vt ait Rabbi Selomo) referente Galatino, sceptrum de domo Iuda per Babylonicã captiuitatem non fuit ablatum: quia tunc nõ omnes Sanhedrin, id est, iudices ordinarij, qui capita Iudæorum erant, à Nabugodonosor interfecti fuerunt, multique eorum in Babyloniam descenderunt, ibique iuxta eorum legem, ac mores, ex consensu Regis Chaldæorum, causas iudicabant, vt midras sir hasirim, id est, expositio cãtici canticorum, manifestè confirmat super dictum illud: *Dilectus meus descẽdit ad hortum suum*. Vbi & Targum dicit Dominũ defendisse in Babyloniã ad Sapientes Sanhedrin. Targum autem Iudæi appel-

Galatinus Lib. 4. c. 4

Prima expositio Iudæorum, eademque falsa.

Prophetiæ Iacob de Christo. Genes. 49.

Rabbi Selomo.

Targum liber Iudæorum.

appellant translationem veteris testamenti in linguam Chaldaicem, factam à Ionatha Hillelio auditore, & condiscipulo Simeonis iusti, qui Christum infantulum susceptit in vlnas. Ea quidem translatio tante est apud Iudæos authoritatis, vt non solum ei nemo contradicere non audeat, sed non minus fidei, quàm textui omnes adhibeant. Iã quod alij pro nomine proprio loci accipientes dictionem Hebræam Silo, Iacob prophetiam: Donec veniat Silo, interpretãtur de Saul, qui electus in regem, venit vngendus in Silo, vbi Domini erat arca, in qua vnctio seruabatur: Et tunc sceptrum quod pro, quodam prematu accipitur, & eatenus in tribu Iuda fuerat, ex ipsa tribu amotũ fuisse dicunt ad tribum Beniamin, de qua erat ipse Saul. Constat eorũ expositionem falsam esse, tum quia ante Saulis electionem, arca Domini in qua vnctio seruabatur, iam à Silo in Cariathiarim 1. Reg. 7. transportata fuerat (vt patet primo Regum, capite septimo) & ex eo consequenti Saul non in Silo, sed in Cariathiarim vnctus fuit: tum etiam quia immediate post Saulem, imo adhuc ipso Saule regnante, Dauid, qui primus ex tribu Iuda regnauit, fuit Rex institutus, atque à Samuele sacerdote vnctus.

Secũda expositio prophetiæ Iacob de Christo falsa.

vnctus. Quare minimè verisimile videtur, vt tunc sceptrum de tribu Iuda ablatum fuerit. Sed neque eorum apparet veram expositionem esse, qui Silo, pro loco accipientes, dicunt hanc Prophetiam de Ieroboam intelligendam esse, qui de tribu Ephraim oriundus erat. Nam cùm decem tribus ob duram responsionem à Roboam rege, Salomonis filio, populo datam, à regno Iuda discessissent, ipsum Ieroboam regem sibi elegerunt, & tunc à Iuda sceptrum oblatum dicunt, atque ad tribum Ephraim translatum, ex quo erat Ieroboam Rex, quem in Silo coronatum dicunt, iuxta prophetiam Iacob. Atqui decem tribuum congregatio, quæ Ieroboam sibi regem constituit, non in Silo, sed in Sichem facta fuit, vt ex tertio libro Regum, capite duodecimo apertè colligitur. Præterea non fuit tum regnum à domo Iuda amotum: Nam ex ea tribu Reges per hæreditariam successionem, vsque ad Babylonicam captiuitatem, per annos fermè quadringentos nonaginta & duos, sine intermissione fuerunt, & illi soli Reges censebantur, cùm & in regia vrbe Hierusalem regnarent, & per vnctionem, quæ in templo erat instituerentur. Ad tempus præ fini-

Tertia expositio Iudæorũ prophetiæ Iacob de Christo.

finitum, aduẽtus Christi pertinent ſe-

Septuaginta hebdomadæ. Danie. 9.

ptuaginta hebdomadæ, apud Danielẽ *Nunc egreſſus ſum vt docerẽ te* (ait Angelus ad Danielẽ) *& intelligeres. Ab exordio precũ tuarũ egreſſus eſt ſermo. Ego autẽ veni, vt indicarẽ tibi, quia vir deſideriorũ es. Tu ergo animaduerte ſermonẽ, & intellige viſionem. Septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ ſunt ſuper populũ tuũ, et ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, vt adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia, & vngatur ſanctus ſanctorũ. Scito ergo & animaduerte ab exitu ſermonis, vt iterũ ædificetur Hieruſalẽ, vſq; ad Christum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erant, & rurſum ædificabitur platea, et muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit populus qui eum negaturus eſt, & ciuitatem & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo. Et finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatua deſolationis. Confirmabit autẽ pactum multis, hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium. Et erit in tẽplo abominatio deſolationis, vſque ad finem perſeuerabit deſolatio.*

Explanatio prophetiæ Dani. ex Gala.

Daniel: Quorum verborum explanationem à peritis linguæ Hebræa,

tam adiungam, si prius de hebdomadæ acceptione dixero. Hebdomada dupliciter accipitur in sacris. Primò, pro spacio septẽ dierũ, vt in Leuitico habetur. Vbi dicitur septem hebdomadas esse, à festo Paschæ, ad diẽ festũ Pentecostes, quæ quadraginta nouem dies faciunt, et quinquagesima die festũ Pẽtecostes. Secundò accipitur hebdomada, pro septem annorũ curriculo, vt est illud Leuitici: *Numerabis tibi septem hebdomadas annorum*, id est, septies septem annos, quæ simul faciũt quadraginta nouem. In qua significatione accipitur hebdomada in prophetia Danielis. Cuius quidem prophetiæ est hæc explanatio: Cùm Danieli quintum regnum Messiæ, quod fine nunquã carituru erat, & per somnium Nabugodonosor, & per visiones, quas ipsemet viderat, reuelatum fuisset: cumque ipse Daniel de bello Gog, & Magog, id est, Antichristi, post quod Israëlis saluãdæ sunt reliquiæ præuidisset, atque ipsius Dei verba apud Ieremiam, reuersionem Israël ex Babylonica captiuitate pollicentis, secum mente expenderet, horũ mysteriorum processus summopere intelligere cupiebat. Quamobrem sese orationi dedit, Deum toto corde deprecans, vt eius desiderio responderet.

Hebdomadæ significatio in sacris.

121.7.

Leuit.23.

Leuit.25.

Ierem.29. & 30.

Proin-

Proinde Angelus dicit se esse missum à cōspectu Dei, vt doceret intellectum nem Dei mysteriorum, quæ tantoper scire desiderabat. Dicit igitur hebdomadas septuaginta abbreuiatas esse, hoc est, quadringentos nonaginta annos præfinitos, determinatos, à Deo licet (iuxta enim Hebraicam veritatem præfinitæ hebdomadæ dicendum est non abbreuiatæ) ad delendum originale peccatum & iniquitatem totius mundi, & ad adducendam iustitiam sempiternam, hoc est, legem Euangelicam, quæ iustitiam omnium seculorum contentura erat, & à Messia debebat: & ad implendam visionem & prophetiam, quæ scilicet de Messia loquebatur, per cuius aduentum prophetia & visio implenda erat, & ad vngendum sanctum sanctorum, id est Messiam. Deinde Angelus ostendit ex quo tempore initium harum hebdomadarum sumendum esset: ab eo

Ierem. 29. & 30. tempore scilicet, quo ex ore Hieremiæ egressum est Dei verbum de reditu populi ex captiuitate Babylonica, & reædificanda vrbe Hierusalem. Quòd factum, anno quarto regni Sedekiæ regis, regni verò Nabugodonosor decimo. Tunc enim exierat verbum

Ierem. 28, ex ore Hieremiæ, quòd expletis

ptuaginta annis Babylonicæ seruitutis, populus reuersurus esset. Diuidit autem Angelus septuaginta hebdomadas in tres partes, idque propter specialia opera, quæ in vnaquaque harum partium fieri debebant, in septem hebdomadas, quæ constituunt quadraginta nouem annos: in sexaginta duas, quæ complectuntur quadringentos triginta quatuor annos: & in vnam, quæ continet septem annos. Sunt itaque omnes anni, quadringenti nonaginta. Deinde ea, quæ in primis sex hebdomadibus futura erant insinuare volens, ait: *Rursum ædificabitur platea*, id est, vrbs Hierusalem, quam ob sui amplitudinem, plateam vocauit: Sed in angustia temporum (inquit) finitimas ob Gentes, à quibus Iudæi assiduis bellis vexandi erant, vt Esdras & Nehemias attestantur. Sequitur in textu: *Et post hebdomadas sexaginta duas, occidetur Christus.* Quod autē in editione nostra est: *Et non erit populus eius, qui eū negaturus est.* In Hebræo est, Veen loi, et nō ei, hoc est, non erit ei quod perfidi Iudæi existimabant, vt videlicet crucifixus occumbat, & postea non resurgat. Deinde angelus ostendit dissipationē Ierosolymæ, quę à Tito facta est. Et quāuis hoc infra hebdomadas istas nō accidit,

sed

sed annis quadraginta post elapsis: tamē ideo Angelus, mox vt de nece Messiæ locutus est, illud adiecit, vt in mortis Messiæ pœnam Iudæis euenturam ostenderet. Postremò insinuat quomodo in vna hebdomada, id est, septē annis cōfirmaturus erat Messias pactum, id est, legem Euangelicam. Tres enim anni illi cum dimidio, quibus Christus docuit, et tres alij cum dimidio, quibus postea Apostoli in Iudæa prædicauerunt, hebdomadam vnam perficiūt, in qua Messias per se primùm, & deinde per discipulos suos opere & verbo legem suam confirmaturus erat. Saluator nanque ipse triginta annos natus baptismum suscepit, & inde vsq; ad eius passionem, tres anni fere cum dimidio præterierunt, quibus Iudeā & Galilæam perambulans docuit. Et quia in dimidio huius nouissimæ hebdomadis Messias mortem obiturus erat, per quem omnia veteris legis sacrificia finem habitura erant, quæ præfigurassent verum illud sacrificiū, quod Messias ipse suum sanctissimum corpus in ara crucis offerens, pro peccatorum hominorū remissione, facturus erat, ideo Angelus addidit: *In dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium, et erit in templo abominatio desolationis.* Cuius abomina-

tio-

tionis facit mentionem Christus apud Matthæum: *Cùm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantẽ in loco sancto.* Sed hactenus de explanatione prophetiæ Danielis. Quòd autem tempus præfixum septuaginta hebdomadarum, secundum supputationem Hebræorum in Christo Iesu præcisè impletum sit, sic colligitur à quibusdam. Quarto Sedechiæ regis anno, verbum de populi reditu, deque Hierusalem, & templi reædificatiõe est egressum ex ore Ieremiæ. Quartus autem Sedekiæ annus fuit duodecimus Nabugodonosor: Sedekias quippe vndecim regnauit annos (vt habetur quarto lib. Regum, cap. 24. & Ieremiæ quinquagesimo secundo) cùm capta fuit Hierosolyma & templum, anno scilicet Nabugodonosor decimo & nono, vt liquet ex prędictis locis. Cùm autem Nabugodonosor regnauit annis quadraginta quinque (vt Hebræi ex scriptura colligunt) cuius anno decimo nono, ac mensæ quinto, vt dictũ est, templum dirutum fuit: certè manifestum erit Nabugodonosor regnasse annos triginta quatuor, ab eo tẽpore, quo egressum verbum ex ore Ieremiæ de reædificatione templi. Quorum etsi vnus imperfectus sit: cùm tamen

Matth. 24.

Supputatio septuaginta hebdomadarum Danielis ex Galatino, & alijs.

4. Reg. 22.

men maiorem anni partem habuerit, pro integro computatur. Deinde hi triginta quatuor annis, quibus Nabugodonosor regnauit, si addantur viginti tres anni, quibus regnauit Euilmerodach filius eius, erunt quinquaginta septem anni. Quibus si tres ipsius Baltasar filij Euilmerodach iungantur, sexaginta habentur anni: his quoque duo anni Darij, & triginta quibus Cyrus nepos eius regnauit, accedant, erunt nonaginta duo. Porro si istis anni quatuordecim Assueri, & sex Darij, sub quo structura templi consummata est, adiungantur, clarum est, quod ab egressu verbi sæpius dicti, vsque ad templi secundi completionem, secundum Iudæorum scripturas, centum & duodecim anni fluxerunt. Quibus si addantur anni quadringenti viginti, quibus templum secundum constitisse indubitanter à Iudæis asseritur, habebuntur ab egressu verbi ex ore Ieremiæ de reædificanda Hierusalem, vsq; ad eiusdem templi excidium & vrbis anni quingenti triginta duo. De quibus si quadraginta duo, qui post Christum passum præterierunt subtrahantur, anni quadringenti nonaginta remanebunt, qui septuaginta hebdomadas Danielis perficiunt.

Methasthenes facit plures reges Babel quã quinque, Sed Daniel tãtum tres nominat. Et Ieremias 27. dicit seruiẽt Regi Babel & filio eius et filio filij eius.

Africa

Africanus (vt refert D. Hieronymus) à viceſimo anno Artaxerxis Regis (à quo Nehemias impetratis literis ad Præfectos adijt Hieruſalem, & ciuitatem refecit) vſque ad Chriſtum, ait compleri hebdomadas ſeptuaginta, iuxta lunarum Hebræorum ſupputationem: qui menſes non iuxta ſolis, ſed iuxta lunæ curſum numerant. Nã à centeſimo et quindecimo anno regni Perſarum (inquit) quãdo Artaxerxes Rex eiuſdem imperij viceſimum regni ſui habebat annum, & erat octogeſimæ tertiæ Olympiadis annus quartus, vſque ad ducenteſimam ſecundam Olympiadem, & ſecundum eiuſdem Olympiadis annum, Tyberijque Cæſaris annum quintumdecimum, colliguntur anni quadringenti ſeptuaginta quinque per ſingulas Olympiades quadriennio ſupputato, qui faciũt annos Hebraicos quadringentos nonaginta, iuxta lunares menſes, qui ſecundum illorum ſupputationem, poſſunt facere per ſingulos mẽſes dies viginti nouem & ſemiſſem, ita vt ſolis circul⁹ per annos quadringẽtos nonaginta, pl⁹ habeat dies trecentos ſexaginta quinque, & quartã diei partẽ: & per. 12. menſes ſingulorũ annorũ vndecim dies, et quarta diei pars ampli⁹ reperiatur. Vnde Græci

Hieron in Danielem. Supputatio hebdomadarum Danielis ab Africano data.

& Iudæi per octo annos, trium menſium emboliſmos faciunt. Si enim octies vndecim, & quartam partē volueris ſupputare, nonaginta dies, hoc eſt, tres menſes efficies, & in quadringentis ſeptuaginta quinque annis octonarij: reperientur anni quinquaginta nouem & menſes tres, qui ſimul faciunt plus minúſve annos quindecim: quos ſi quadringentis ſeptuaginta quinq; annis volueris addere, ſeptuaginta annorum facies hebdomadas, hoc eſt, ſimul annos quadringentos nonaginta. Hæc Africanus referente Hieronymo. Euſebius inter cæteras interpretationes ſeptuaginta hebdomadarum Danielis, ait: Si quis à trigeſimo anno Artaxerxis Perſarum regis, quo Nehemiā conſummaſſe Hieruſalem Eſdras memorat, hebdomadas à Daniele ſcriptas numerat, quæ faciunt annos. 490. reperiet eas in regno Neronis expletas, ſub quo Hieruſalem obſideri cœpta eſt, ſecundo Veſpaſiani anno capta. Nam circiter. 87. Olympiadem Nehemiæ factum memoratur. Nero verò circiter 208. Olympiadē regnauit, per ſingulas igitur Olympiades quadriennio ſupputato, proueniet numerus hebdomadarum.

Euſebius in chronicis, ac lib. 8. Demonſtrationis Euā.

Alia ſupputatio. 70 hebdoma-

Quidam hebdomadas à Daniele ſcri-

pta

ptas sic supputant. Sumunt initiũ hebdomadarum ab anno secundo Darij Longimani, nam tum temporis Aggeus & Zacharias prophetarunt, de reparanda Hierosolyma sine aliquo impedimento, & de hoc verbo, id est, de hac reuelatione, verba angeli intelligunt apud Danielem, nihilque pertinet illud verbum Hieremiæ de desolatione Hierusalem ad hoc verbum de quo Daniel nouam accepit reuelationem post finitos septuaginta annos captiuitatis Babylonicę: quos quidem completos esse anno secundo Darij, constat ex Zachariæ capite primo. Vbi inter cætera Angelus dicit: *Is iam est annus septuagesimus*, scilicet desolationis Hierusalem à Ieremia prædictæ. Qui quidem anni septuaginta sumpserunt initium à destructa Hierusalem, vt apertè colligi potest ex cap. vltimo. 2. Paralypomenon, præterea cùm anno secundo Darij, præceperat idem publico edicto, ne impedirentur Iudæi ab instituto opere templi ædificandi & vrbis (vt scribitur libro primo Esdræ, capit. 6.) consonum est vt. 70. hebdomadæ Danielis sumant initiũ ab eo anno. Quãuis autem Cyrus primo imperij sui anno permiserat Iudæis templum ædificare, tamen intermissum erat opus man-

darum Danielis à Dario data.

Daniel. 9.
Ierem. 25.

mandante Artaxerxe, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij Regis Persarum, vt scriptum habetur primo Esdræ, cap. 4. cuius quidem Darij regni anno sexto perfectum est templum, vt idem Esdras testatur cap. 6. libr. 1. Ex hac opinione, inquit, Eusebius, (referente Hieronymo) Iudæi in Euangelio loquuntur ad Dominum apud Ioannem: *Quadraginta & sex annis ædificatũ est templum hoc, & tu in tribus diebꝰ suscitabis illud?* Tot enim sunt anni (inquit) à primo anno Cyri Regis, vsq; ad sextũ annum Darij Regis, sub quo tẽpli opus omne completum est. Porro Iosephus & alios tres annos addidit, in quibus quædam alia quæ remanserãt perfecta sunt, qui additi quadraginta sex annis, faciunt annos quadraginta nouẽ, id est septem annorũm hebdomadas. Dat igitur Angelus septẽ hebdomadas, hoc est, quadraginta nouem annos reparationi Hierusalẽ. Tot enim annis ab anno secundo Darij vrbs est restituta Hierusalẽ ita vt plateam & fossam haberet, id est, vt haberet politiam constitutam in platea & pace.

Hieron. in Danielem. Ian. 2.

Deinde post sexaginta duas hebdomadas dicit occidendum Christũ, quæ quidem hebdomadæ constituunt 434 annos, qui simul iuncti cum 49. seu 7 heb-

hebdomadis, faciunt. 483. annos, post quos occisus Christus statim in principio sequentis anni, qui est primus vltimæ hebdomadis & initium. 34. anni ætatis Christi. Sic autem colliguntur anni hi: Darius regnauit. 37. annos, cuius regni anno secundo sumunt initiũ 70. hebdomadæ Danielis, vt ostensum est. Darius Nothus decem & nouem. Artaxerxes Mennon. 55. Ochus. 26. Arsames vel Arses. 4. Darius vltimus. 6. Summa omnium annorum. 145. Cæterum de Regibus Persarum inter historias est dissonantia. Eam tamen rectè Carion concordat in Chronico. Porrò post vltimum Darium Alexander Magnus regnauit, à cuius initio vsque ad Antiochum Epiphanẽ sunt anni. 137. vt scriptũ habetur Machabæorum primo, cap. 1. Hi anni si addantur. 145. annis, erunt. 282. Nono autem anno Epiphanis, incepit Iudas Machabæus, vt colligere est ex primo Machabæorum, cap. 2. Præfuit verò Iudas annis quinq;, quem per successionem præfecti Iudæorum sequuti. regnantes his annis. Ionatham annis. 19. Simon annis septem. Ioannes Hircanus viginti sex. Aristobulus vnum. Alexander crudelis viginti septẽ. Alexandra vxor nouem. Hircanus Iunior à Parthis captus. 34.

Herodes Idumæus. 37. Cirius anno 30. natus Christus, Augusti Cæsaris anno 41. vt Matthæus meminit. Summa annorũ à nono anno Epiphanis ad Christum natum anni. 158. qui si addantur 284. annis, erunt. 450. A Christo autẽ nato ad Baptismum eius. 30. anni, qui baptismus fuit anno quindecimo Tyberij Cæsaris, vt Lucas scribit, qui quidem Tyberius successit Augusto, qui regnauit annos. 56. Si igitur. 30. anni addantur. 450. erunt. 480. & his si addantur tres, quibus Christus docuit, erunt. 483. qui constituunt. 69. hebdomadas, post quas occisus Christus, vt Danieli prædictum est, scilicet in principio. 34. anni ætatis Christi. In dimidio autem hebdomadis, vt ait Angelus, cecidit sacrificium & oblatio, diuinè. 3. anno post resurrectionẽ in concilio Apostolorum publico decreto lex abrogatur, & libertas promulgatur à lege, vt scribitur Actuum. 15. Sunt alia supputationes. 70. hebdomadarum Danielis, quas breuitatis causa missas facio, quarum plures ponit inter cæteras Hieronymus in Daniele, capi. nono, & alij. Cùm igitur post tempus prædictum nullus præter Dominum Iesum tunc, siue postea hucusq; exterit, qui ea signa & prodigia fecisse-

Luc. 3.

qua

quæ vero Meſsię conuenirent, conſentaneum eſt Ieſum Nazarenum verum Meſsiam eſſe, etiamſi tẽporis ratio ad ſingula minuta minus quadret. Quàm miſerè igitur ſunt Iudæi excæcati, qui hebdomadarũ ſaluberrimam promiſſionem tam ſtultè abijciunt. Nam ſicut Ieremias promiſsione ſeptuaginta annorm ſuſtentauit populum in captiuitate, vt ſcirẽt certam eſſe redemptionem ab illa calamitate: ita cùm futurum eſſet, vt poſt reditum à captiuitate, non multò leuioribus calamitatibus vexarentur, (nã in Babylone certè magnificentius ſunt honorati, tam per reges, quam per Prophetas excellentiſsimos, Danielẽ & cæteros) dat eis Deus ſolatium, promittens non amplius duratura iſta mala quàm ſeptuaginta hebdomadas: tunc affore ipſis Chriſtum, qui finem faciat æterna redemptione omnibus malis. Ipſi verò finem hebdomadarum faciunt initium expectandi Chriſti.

Falſus Meßias. 132.4.

Quidam autem olim cernentes tempora Meſsiæ vẽturi præterijſſe, ſe Meſsiam eſſe affirmarunt, veluti inter cæteros quidam Iudæus qui Bencosba vel Barcosba appellatus, cui Iudęi cùm adhæſiſſent, Romanis rebellarunt, ad quos expugnandos miſſus fuit Flauius

uius Veſpaſianus cum Tito filio, qui Hieruſalem cinxerant, in die ſolemni Paſchæ, quando ex omni Iudæa popoli conuenerant, iuſto ſcilicet Dei iudicio tempore hoc vltionis electo: vt qui in diebus Paſchæ Saluatorem ſuum cruentis manibus, & ſacrilegis vocibus violarant, in ipſis diebus velut in vnum carcerem multitudo concluſa, feralis pœnæ exitium, quod merebatur, exciperet. Et ſicut tribus annis cum dimidio, quibus Chriſtus docuerat, Dei gratiam contempſerant: ita tribus annis cũ dimidio, eos Romani principes obſidione atrociſsima afflixerunt, & poſtea cœperunt. Tanta autem multitudo (teſte Ioſepho) proſtratorum erat vt vndecies centena milia peremptos fuiſſe dicantur, adeò vt mortuorũ corpora muris ciuitatis æquarentur. Tanta quoque vilitas in eodem populo fuit, vt quiuis vno argenteo dato, triginta ſibi emeret Iudæos. Anno inter ab excidio vrbis Hieroſolymæ quadrageſimo octauo cum dimidio tranſacto, Iudæi ciuitatem Bitter ſibi metropolim fecerunt, ibique alium falſum Meſsiam ſibi præfecerunt. Cumq; aduerſus Romanorum imperium rebellaſſent, poſtea ab Adriano Cęſare, cum falſo Meſsia capti ſunt, cum maxima eorum

Multitudo proſtratorũ Iudæorum.

Clades Iudæorum tempore Adriani

eorum strage. Rabbini verò Iudæorum conuicti oraculis euidentibus, ad figmenta sua confugiunt, dicentes natum quidem Messiam sub Herode, sed propter peccata occultari (vt alij dicunt) in Syo cum Angelis: vt alij, vltra montes Caspios: vt alij, per orbem mendicare, prodituru̅ se cùm erit Deo visum. At ne in Christi tempora conferatur prædictio Iacob, confingunt Iudæi, se regnum habere vltra mõtes Caspios, septum vndique montibus, qui transcendi non possunt. Sed ne tam licenter mendacia sua obtruderent, redarguunt eos Prophetæ eorum, vt Oseas capite tertio: *Dies multos sedebunt filij Israël sine Rege, & sine Principe, et sine sacrificio.* Quam Prophetiam ad hæc tempora referri debere manifestu̅ est, quia in Babylone, nec omnino multis annis manserunt, nec defuerunt eis Principes. Nunc verò neque Regem habent, neque Principem, neque sacrificiu̅. Sed hactenus de tempore aduentus Messiæ prædicto.

Rabbinorũ figmenta.

Oseæ. 3.

Locum natiuitatis Messiæ prædixit Michæas capite quinto: *Ex te egredietur qui sit dominator in Israël: et egressus eius ab initio à diebꝰ æternitatis.* Quã prophetiam protulerunt in medium Scribæ, sciscitante ab eis Herode, vbi

Locus natiuitatis Messiæ.

132. 3.

Matth.2. Christus nasceretur, vt scribit Matthæus Euangelista.

143.5. Modum natiuitatis Christi ex virgine Spiritusancto concepti, prædixit Isaias: *Ecce virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emanuel.* Cuius prophetiæ meminit Matthæus. Iudæi dicunt in Hebræo esse alma, quod adolescentulam significat, quo nomine significatur tã corrupta quàm virgo, auntque ipsi, si de virginis conceptu Propheta loqueretur, dixisset: Ecce betula, id est, virgo. Non autem: ecce alma. Sed impiè & imperitè id ab eis asseritur: Nam vt periti linguæ Hebrææ docent, Alma significat iuuenculam, & virginem incorruptam, quod & ipsum vocabulum indicat, deriuatur enim alma à verbo alam, quod abscondere significat. Sunt autem apud Hebræos nomina tria, Naara, Betula, Alma, quorum primum respectum solum ætatis habens, significat adolescentulam seu puellam, tam virginem, quàm corruptam. Secundum autem ad virginitatem respectum habens, significat virginem, siue adolescentula sit, siue anus. Tertium autem ad vtrumque respectum habens, ad adolescentiam scilicet, & virginitatẽ: & adolescentulam, et virginem designat. Quamobrẽ apud He-

Isaiæ.7.

Matth.1.

Alma Hebræis quid significet.

Naara, Betula. Alma.

Hebræos alma significat adoleſcentulam, aſpectibus hominũ abſconditam, occultam, & intactam omnino, de cuius pudicitia nullum ſit dubium, maximè cùm præponitur ei articulus, qui apud Hebræos eſt he, qui dictionẽ determinatè ſignificat. Hoc nomine appellata eſt Rebecca in Geneſi, quę dum alma vocata eſt, virgo erat atque intacta, vt patet ex contextu, qui ibidem de ea ſic loquitur: *Virgo & incognita viro*. Et niſi peperiſſet virgo quomodo futurum erat ſignum & admirabile. Dicit enim Iſaias: *Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignũ*. Et ſtatim addit: *Ecce virgo concipiet, &c.* Alioquin ſi non pareret virgo, ſignum non eſſet. Hanc natiuitatem Chriſti prædixit & Ieremias: *Creauit Dominus nouum ſuper terram, fœmina circundabit virum*, id eſt, Deum: vt & ipſi veteres Iudæi interpretantur, vt refert Galatinus. Et certè ſi nõ de viro illo magno, atq; admirabili, qui in ſe diuinitatẽ cõtinet, intelligeretur, quid poterit dici ineptius, aut puerili?? cũ oĩs vir de fœmina naſcitur.

Gene.24.

Iſaiæ.7.

Ierem.31.

Puer octauo die circunciſus, & vocatus Ieſus, quod nomen illi Angelus à Deo miſſus imponendum mandauerat, priuſquam in vtero conciperetur. De quo nomine Eſaias vaticinatus

Circunciſio Chriſti.

Iſaiæ.62.

tus erat: *vocabitur tibi nomen nouũ, quod os Domini nominauit.* Dicuntur quidem multi fuisse hoc nomine vocati, verum periti linguæ Hebrææ asserunt nonnullos omnino nomine Iesus, sed Iehosva appellatos fuisse. Et vt maximè eo nomine nominati fuissent, quemadmodum aliqui tradunt: nouũ tamẽ id nomen a Christo fuit ratione effectus, *cũ nullum*

Act. 4. *nomen* (vt Petrus ait) *sub cælo datum hominibus, in quo nos oporteat saluos fieri nisi Iesu Christi Nazareni.* Post dies quadraginta oblatus in tẽplum, quod

Aggæ. 8. gæus prædixerat: *Veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, Dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus quam primæ,* hæc ille. Quæ quidem gloria, ad Messiæ aduentum pertinet, qui præsentia sua amplius & augustius reddit templum Salomonis. Non enim mẽte fuit constructum templum Salomonis posterius priore, id quod vel ex eo quet, quod apud Esdram legitur, Babylone redeuntes, cũ prioris tẽpli meminissent, structuramque tẽpli se compararent, illachrymasse atq; mouisse. Quod si spectetur author, ior est prioris gloria, illius enim fuit lomõ: huius aũt Zorobabel, & Iesulius Iosedech. Sin opus & tẽpli vasa

hil fuerunt omnia præ priorib⁹. Sacrificia aũt in prima domo multò plura, & q̃ ad rẽ magis facit sanctiora, & quæ signis euidẽtibus approbarẽtur, vt igne cœlitus missò ad consumptionẽ holocaustorũ. Numerantur aũt signa plura quæ in domo sanctuarij fuerunt. Non abortiuit mulier propter nidorẽ carniũ sanctuarij. Neq; carnes sanctuarij fœtebãt vnquã, nec visa fuit musca in macello tẽpli. Neq; cõtigit accidẽs sacerdoti magno in die propitiationis. Stantes angusti erãt, procidẽtes vt adorarẽt spatiosi. Nunquã extinxerũt ignem lignorũ præparationis. Neq; vẽtus vicit columnã fumi, illa enim flantibus ventis sursum recta ascẽdebat. Fragmenta vasorũ fictiliũ à locis suis absorbebantur. De his signis illud in Psalm. *Signa nostra nõ vidimus, nõ est vltra propheta.*

Gala. l. 4.

Signa sanctuarij.

Psal. 73.

Adductus erat Iesus à parentibus in Aegyptum ad Herodis sæuitiam deuitandam, vbi mansit annis plus minus decem, vnde post reuocatus, in Nazareth mansit: de qua quidem reuocatione & mansione Prophetas vaticinatos fuisse Matthæus scribit: de reuocatione Hieronymus extare vaticinium ait apud Oseam: de mansione verò apud Esaiam. Vita autem Christi tota inter pauperes, & homines simplici ac

Matth. 2.

Ad Paulinum.

ac demisso corde transacta est, in prædicando, in languoribus curādis, quæ

Esaiæ.61. Esaias prædixerat: *Spiritus* (inquit) *Domini super me, propter quod vnxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis redemptionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptū, et diem retributionis.* Quam

Luc.4. prophetiam in se completam fuisse, testatur ipse Christus apud Lucam.

Appetente autem supplicij tempore, Hierosolymam est ingressus, asinæ insidens, cui obuiam turba processit, & regis pompa illum excepit, de quo

Zacha 2. illud Zachariæ testante Matthæo: *Dicite filiæ Syon, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullū filium subiugalis.* Et quamuis est cuiusuis ani-

Matth.22. no vehi, sed non cuiusuis ita mouere animos totius multitudinis, vt recipiatur more regio. Et hoc est magnum illud quod in prophetia continetur, quod filiæ Ierusalem promittitur rex suus mansuetus, asinæ insidens. Et cū vim veræ pietatis ostenderet, multaque doceret in eos, qui pro diuinis legibus traditiones suas populo seruādas proponerent, atrox inuidia Iudæorū in illum exarsit, qua adducti, illū dādū necis constituerunt, id quod & Iosephus tra-

Ioseph.

Sed cùm esset maximæ æstimationis vulgo, non temerè in illum manus audebant inijcere, obseruata est occasio, qua id posit tutè fieri: vnus ex illius discipulis triginta argēteis illū prodidit, quod non tacuerūt prophetæ: Dicit enim Zacharias: *Et appenderūt mercedem meā triginta argenteis*. Quibus quidem argenteis à Iuda in templo proiectis, Iudæi emerunt agrum figuli, in sepulturam peregrinorum, cuius rei prophetia extat apud Zachariam. Et Matthæus eius prophetiæ citat authorē Hieremiam. Quæ etsi nō reperiatur apud Hieremiam, dicit tamē Hieronymus se in quodā volumine Hebræo legisse, quod illi Nazareæ sectę Hebræus obtulerat. *Zacha.11.* *Zacha.17.*

Captus à Iudæis, desertus est à suis omnibus, de quo Zacharias: *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis*. Cuius prophetiæ meminit Christus apud Matthæum. *Affixus cruci & eleuatus, quasi ostensus omnibus gentibus ad salutem intuentium, & confidentium*. Cuius rei præcesserat figura in veteri lege, docente Christo apud Ioannem: *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam*. Et apud Psalmographum extat ea de re vaticinium: *Fode-* *Zacha.13.* *Matth.26.* *Ioan.3.* *Psal.21.*

Fiderũt, inquit, *manus meas et pedes m os, dinumerauerunt omnia ossa mea.* Q locũ Iudæi corruperunt, in exemplar bus recentioribus, nam pro caru, id e foderũt, caari posuerũt, id est, sicut le Verũ in antiquis est aliter, quod indi cant & septuaginta interpretes. Q verterunt sic ὠρυξαν χεῖρας μοσχαι δας μου, hoc est, *Foderunt manus me & pedes meos.* Quin & translatio Ch

Lib. 8. daica, qua Iudei vtuntur, & Aethiope sic habet, vt Galatinus refert.

Pendente illo in cruce, quæ acciden runt, prophetæ non tacuere. A conuitia iecerunt in illum, quod pra

Oseæ. 7. uidit Oseas: *Ego redemi eos, & ipsi cont me locuti sunt mendacia.* Et Psalmogr

Psal. 21. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo p piens & rugiens.* Alij potarunt illum a

Psal. 68. ceto, quod in Psalmo prædictum fue *Dederunt in escam meam fel, et in siti me potauerunt me aceto.*

Milites item super vestẽ eius sorte sunt. Quod futurum scriptura prædix

Psal. 21. *Ioan. 19.* rat, docẽte Ioãne: *Partiti sunt vestimen mea sibi, & super vestẽ meã miserũt sorte*

Latus mortui apertum lancea, quo euenturum significarat propheta: *Vide bunt in quẽ transfixerũt.* Cuius prophe

Zacha. 12. *Ioan. 19.* tiæ Ioannes Euangelista meminit.

Extra castra crucifixus est Christus quo

quod hostia illa de qua in Numeris ha betur, figurabat, quæ extra castra immolabatur. Et ille agnus quem iubebantur Iudæi ex Aegypto egressuri comedere stantes celeriter, suppliciũ Domini, eiusq; supplicij celeritatem figurabat. Nec est ouum tam ouo simile, quod dicitur, quàm agnus ille paschalis Seruatori nostro Iesu Christo. Erat enim masculus sine macula, & sanguine illius tinctæ fores habitatorũ, à plaga tuebantur. Nihil erat ex eo edendũ crudũ, nec aqua coctũ, sed igne assum. Nulla dominici corporis pars, non est ingentibus facibus doloris assa atque exusta. Vorauerunt eũ filij Israël cũ lactucis agrestibus, hoc est, aïo amarissimo: & immolatus est à cuncta multitudine filiorum Israëlis, quòd factum Ierosolymis. *Nume.19. Hebr.13. Exod.12.*

Confixę sunt clauis manus & pedes illius, latus verò lancea perforatum, os tñ in eo confractum non est. Cuius figuræ Ioãnes Euangelista mentionẽ facit. Nec vescitur ex agno isto immundus et incircũcisus, sed circũcisus, id est, animo purgatus, & receptus in familiã Dñi per fidẽ. Postremò eodem die immolatus quo agnus solitus erat immolari, vmbra et imago istius corporis. Et quemadmodum agni illius sacrificium *Ioan.19.*

gratum

gratum fuit Domino, & post illud
ductus est populus ex Aegypto: ita p
Christi sacrificium, reconciliatum
genus humanum Deo, & ex diabol
captiuitate assertũ in libertatem, Pa
sionem Domini inter cæteros proph
tas distinctè persequitur Isaias in qu
quagesimo capite, & quinquages
tertio, & alijs, vt nõ sicut propheta
dicere futura, sed res gestas tanqua
Euangelista narrare videatur. Qui
Iudæi verba Esaiæ prædictis capitib
de populo Israëlitico, intelligenda
se affirmant, quasi de vno loquatur
cut & in quarto dicit: *Filius meus p*
mogenitus Israël: tamen id falsum e
quet ex contextu prophetæ. Licet en
afflictus sit populus Israëliticus in
ptiuitate: non tamen propter iniqu
tes gẽtium. Præterea quod dicitur: *N*
est inuentus in ore eius dolus, id de pop
lo Israëlitico intelligi non potest.

Iudæorum falsa interpretatio.

Depositus Christus de cruce, sic
est in sepulchro, in quo cũ corpus m
sit, anima descendit in eum locum,
patres asseruabantur, liberandi per
crificium mortis. De qua re Zacha
vaticinatus erat: *Tu quoque in sangu*
testamenti tui emisisti vinctos tuos de
cu, in quo non erat aqua. Et in Psalm
quindecimo de Christi descensu ad
fer

Zacha. 9.
Psal. 15.

feros, illincque reditu, prophetia extat, vt Petrus teſtatur: *Non derelinquas animã meam in inferno.* Tertio die tandem reſurrexit incorrupta carne exiſtente, iuxta vaticinium Dauid: *Nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem*, quod de Chriſto intelligitur, vt teſtatur Petrus. Non autem de Dauid qui in ſepulchro corruptus eſt. Triduana autem Domini mors præſignata per Ionam prophetam, docente Domino, *ſicut* (inquit) *Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Quod quidem per Synecdochen intelligendũ eſt, qua pars pro toto ponitur, quæ locutio eſt frequẽs in ſacris literis.

Actuum.2
Pſal.15.
Act.2.
Ionæ.2.
Matth.2.

Aſcendit in cœlum poſt quadraginta dies à reſurrectione, intra quos ſeipſum diſcipulis ſuis viuum præbuit, in multis argumentis apparens eis, & loquens de regno Dei. De hac aſcenſione, teſtante Paulo, loquitur Pſalmus: *Aſcendiſti in altum, cœpiſti captiuitatem.* Sed hactenus de vaticinijs de Chriſto in teſtamento veteri contentis, pro compendio, non reipſa, quæ ampliſſima eſt, dixiſſe ſufficiat.

Act.1.
Ephe.4.
Pſal.67.
Quorſum figuræ et prophetiæ veteris teſtamenti.

Voluit autem Deus, ea quæ in teſtamento nouo acta ſunt, præfigurata eſſe, & prædicta multis ante ſeculis

lis in veteri testamento, à Prophet
propter confirmandam fidem Chris
nam. Et quemadmodum prudens ar
chitectus, fundamenta firma quæ
rendæ structuræ sufficerent, locat, alio
qui superstructũ corrueret: non omi
no dissimili ratione Deus structura
testamenti noui constituturus, funda
menta illius firmissima iecit. Ea siqui
quæ testamenti noui sunt, multis an
seculis quàm acta sunt, figuris adum
brata, à prophetis sanctis prædicta e
voluit. Quorum omnium vbi quis a
hil non euenisse postea perspexisset,
dem Christianam in dubium mini
vocare posset, cùm hoc factũ non
humanæ, sed diuinæ sit: Hinc illud
uatoris ad Apostolos, *Nunc dico vo*
priusquam fiat, vt cùm factum fuerit, c
datis. Sed neque solùm vates Christ
ni, verùm & gentilium de Christo m
ta prædixere, quemadmodum Eccle
canit, si nõ suis vatibus credat, vel g
tilibus Sibyllinis versibus hæc præ
cta: fuere enim mulieres quę de Chri
multa prædixere Sibyllæ appellat
quasi consilium Dei, vt Lactantius i
terpretatur. Inter quas fuit Erythr
Sibylla (vt meminit Augustinus) q
versibus Græcis, qui & hodie extan
multa prædixit de Christo, in qu

Ioan. 14.

13. 27.

Sibyllæ.

Lactan. li. 1. cap. 6.

Cap. 23. li. 18. de ciuit. Dei.

rum versuum capitibus sunt literę quę hæc verba constituunt ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σώτηρ, id est, Iesus Christus Dei filius Seruator. Præterea cũ aduentus Christi vniuersum hominũ generi necessarius fuit, voluit hunc Deus esse prædictum, quo præcedentes expectarent cum fiducia, proximi pararent sese, præsentes agnoscerent, sequẽtes euenisse iam crederent: ne quem præteriret aut falleret ea medicina quæ saluti omnium in commune promebatur. Nihil enim tristius vel acerbius quàm graui morbo teneri, medicinam autẽ ignorare, non enim quisquam præter istam fidem quæ est in Christo Iesu, siue ante eius incarnationem, siue postea reconciliatus sit Deo, cùm sit ab Apostolo veracissimè definitum: vnus Deus & vnus mediator Dei & hominũ, homo, Christus Iesus. Sed hactenus de promissione Messiæ, deinceps de lege dicendum est.

Aduentus Christi cur prædictus. 221.19.

Augustin. in Psal. 108.

401.15.

1. *ad Tit.* 2.

LEX.

Interim verò dum expectabatur, &c.

Causæ legis datæ.

TRes præcipuè causæ legis à Deo latæ describuntur. Vna, vt vulnera ostenderet peccatorum, quæ gratia

tia Dei per Christum sanarentur. Al
ra vt scelera manifesta quę ab homi
bus dissimulabantur , comprimere
tur. Tertia vt esset regula bene viue
di, iustificatis per fidem, presertim mo
ralis , quæ in decalogo continetur. D
Roma.3. prima Paulus loquitur ad Roman. Per
legem agnitio peccati. Et iterum: Pecca
216.26. *tum non cognoui nisi per legem. Nam cu-*
216.27. *cupiscentiam nesciebam, nisi lex dicens*
Non concupisces. Non quod ante legem
concupiscentia non esset peccatum, sed
Roma.7. quod lateret. Sine lege (inquit Apost.
peccatum mortuum erat. Ego autem
viuebam sine lege aliquando, sed cū
nisset mādatum, peccatū reuixit. Tra
figurat enim Apostolus, in se hominem
qui est ante legē, & sub lege positus. Si
ne lege peccatum mortuū est, id est o
cultatum, & velut mortuū putatur. E
ego viuebam sine lege, id est nullo pe
cati metu terrebar, quia non appa
bat peccatum, cùm lex non esset: adue
niēte autē mandato peccatū reuixit:
est, peccatū quod latebat ante prohib
tionem, notū factum est, seu appar
per præuaricationem: fuit enim ante
gē peccatum, sed non imputabatur a
pud homines. Lex ergo neque pecca
propriè operatur, aut inserit, quia rei
2. Timo.1. & sancta est (vt Apostol⁹ ait) si quis
leg

ea legitimè vtatur: neq; peccatũ propriè extirpat & viuificat, sed tantum ostendit, idque eo fine vt animam humanam quasi de innocentia securam, ipsa demonstratione peccati ream faciat, quo tandem illa, intelligens peccatum sine gratia vinci non posse, reatus sollicitudine ad percipiendam gratiam promissi mediatoris cõuertatur. Quod exemplo speculi indicari potest. Speculum nobis turpitudinem seu maculam nullam adfigit vel adimit, sed tantum ostendit, vt deformitate nostra (quam ipsi nobis adimere non possumus) commoniti ac conturbati, ad eum qui eiusmodi deformitate mederi possit, confugiamus: sic Deus per legem ostendit homini infirmitatem suam, eo scilicet fine, vt iam suæ sibi infirmitatis conscius, ad eius misericordiam per fidem confugiens sanetur. In quam sententiam dixit Paulus. *Concluſit Deus omnes ſub peccato, vt omnium miſereatur.* Item: *Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum.* De altera causa latæ legis idem Paulus ita scriptum reliquit. *Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, parricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus*

Roma. 11.
Roma. 5.
Altera cauſa latæ legis.
1. Timo. 2.

Gala.3. *& periuris.* Et alibi: *Lex pædagogus noster fuit ad Christum.* Nam quemadmodum pædagogus per ferulam & disciplinam correctionis, pueros ad scientiæ perfectionem adducit: sic lex à malo coërcendo, & nostram nobis infirmitatem demonstrando, nos ad Christum mittit. De tertia autem causa legis à Deo promulgatæ, ait Psalmographus: *Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen semitis meis.* Idipsum & CHRISTVS ostēdit, cum adolescenti interroganti, quid agendum illi sit, vt vitam æternam consequatur, respondit: *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei.* Nam quamuis iustificati ab onere legis, liberi sint, quia scilicet per legem non terreantur, conturbantur, aut damnentur, tamen ad obedientia legis liberi non sunt, imo gratia iustificationis in ipsis iam facta & operatur, vt legem voluntariè impleant. Lex enim ante iustificationem similis erat ei, qui claudo mōstrat iter, facultatem autem perueniendi illuc non conferat. Quamobrem grauiter errarunt Pelagiani, asserentes homines suis viribus legem adimplere posse, eo ipso euacuantes crucem & redemptionem per CHRISTVM. Nam vt Paulus ait,

Psal.118.

Marc.19.

Pelagiani.

252.20.

Gala.2.

per legem iustificatio ergo, CHRISTVS *frustra mortuus est?* Sed legis definitionem & diuisionem persequamur, vt hæc quæ dicta sunt, rectius percipiantur. Lex generale nomen à delectu dictum. Quo nomine omnis institutio, quàm secuti eligimus quod faciamus, & contrarium vitemus, communi appellatione lex dici potest. Sic accepta lex diuiditur in diuinam, humanam, & diabolicam. Diuina item in naturalem, & scriptam. Scripta in veterem & nouam. Vetus in moralem, iudicialem & ceremonialem. Quanquam alij aliter diuidunt legem veterem, vt post dicetur.

Lex quotuplex.

Lex diuina est, per quam accepta, pro captu nostro DEI notitia, de DEI voluntate docemur, requirens in nobis perfectam obedientiam erga DEVM, qua nos totos submittamus diuinæ voluntati, ac damnans eos qui non præstant hanc perfectam obedientiam. Hæc est enim propria vis legis diuinæ, siue scripta sit, siue non scripta. De non scripta Paulus ad eum modum inquit: *Cum gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus*

Lex diuina

Roma. 2.

legis scriptũ in cordibus suis, testimonium illius reddente conscientia ipsorum, et inter se inuicẽ cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. De scripta verò, *Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua.*

Lex humana.

Lex humana, quæ & ius ciuile appellatur, est ordinatio publica præcipiens de factis externis, honorem deferens operibus extrinsecus bonis, & pœnam irrogans externis malefactis, vt pax ciuilis seruetur: Differt hoc maximè lex humana à diuina, quod humana externam, sed diuina internam iustitiam requirat, id est, mentem, & voluntatem consentientem legi Dei, qua Deum verè ex animo timeamus, & ex toto corde diligamus, omni fiducia in eum conjecta, proximum verò nostrum perinde ac nosipsos syncero dilectionis affectu complectamur. Et quanquam lex humana nihil ferè præcipiat de iustitia interiori, quàm Deus requirit, tamen quatenus ad finem suum refertur, donum Dei est, Deo placens. Quamobrem diuus Paulus ait, *Oportere omnem animam potestatibus sublimioribus obtemperare, subditam esse, quod non sit potestas nisi a Deo.* Ideoque subdit, *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Idemque alibi ora-

Differentia legis diuinæ & humanæ.

Roma. 15.

1. Tim. 2.

orare iubet pro magistratibus, vt tranquillam & quietam vitam agamus, in omni pietate, & castitate. Hic enim est finis legis humanæ, à quo si aberrauerit, (aberrat autem cùm quippiam contra Deum, aut Dei mandatum apertè iubet) tum demum audienda non est, quod, vt Petrus ait, *plus oporteat Deo obedire quàm hominibus*. Act. 3.

Est autem lex humana veluti media inter diabolicam & humanam, quæ quantò magis ad diuinam accedit, tãtò sanctior ac melior est, quantò rursus ad diaboli legem deflectitur, deterior.

Lex diabolica.

Lex verò diabolica est, cuius author est Sathanas, princeps & author malorum. Non quòd sit vlla substantia per se mala, sed quòd sicut ipse Sathanas bene conditus à Deo, sua peruersa volũtate degenerauit in malum: ita res alias à Deo bene conditas, quantum potest, vitiat & corrumpit, maximè verò homines quos lege sua, legi diuinæ contraria, ad peccandum solicitat.

Primi parentes.

Primi autem parentes nostri, quamdiu libero arbitrio & lumine illo menti humanæ diuinitus indito bene vsi sunt: sub lege diuina tantum fuerunt, qua duce etiam potuissent per superadditam gratiam perfectè obedire Deo, quod scilicet nullam in se dis- 151. 17.

sensionis materiam aut pugnam sentiret concupiscentiæ & rationis. At postquam diabolus in paradiso legem aliam, diuinæ illi legi (quæ erat de non edendo ex ligno scientiæ boni & mali) omnino contrariam ipsis proposuisset ac suggessisset, cùm diceret: *Comedite, si comederitis non morieminì, sed eritis sicut dij*, ipsique male credulì ac miserè seducti, magis legissent assentiri diabolo mendaci, quàm DEO vero, protinus in eis obscuratum est lumen illud notitiæ DEI diuinitus infusum: proindeque mox vbi præceptum DEI transgressi sunt, peccatum velut ægritudo quædam læthalis eos inuasit, & mors ipsa protinus concepta ac illa vis qua ante peccatum mens corpori dominabatur, repente vitiata est, succedente lege concupiscentiæ carnalis deinceps per Adam in omnes homines deriuata, quæ est omnium peccatorum omnisque rebellionis contra DEVM amarissima radix. Inchoatæ peccati lege cùm concipiamur & nascamur, ferimus nobiscum Dei ignorantiam, seu saltem obscuram notitiam, diffidentiam, & rebellionem contra DEVM. Quo fit vt nemo non cum Paulo dicere cogatur: *Inuen-*

Roma. 7.

leg

legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Per hanc legem factus est diabolus princeps mundi, vt ante dictum est. 353.9.

Lex naturæ in hominibus, est notitia illa de Deo, & de Dei voluntate, quæ conditis nobis menti nostræ est per DEVM indita. Hæc vt proximè dictum est, ante præuaricationem diuini præcepti, per lumen illud diuinitus insitum, tam erat certa & dilucida, vt si voluisset homo, potuisset DEO per gratiam sibi in hoc suppeditatam, obedire. Verum post præuaricationem, hoc lumen cum diaboli suggestione, tum nostro vitio, non aliter obrutum est & obscuratum, quàm fieri videmus in oculo saucio, purus enim & syncerus oculus, suo munere perfungitur. Quod si in eum puluis irruat, aut fumus vehemens, vel pituita immigret, statim sordidus fit, ac saucius, purgandus prius antequam rectè videre rursus possit. Nõ secus lumen illud naturæ menti primi hominis infusum, etsi peccato succeden- *Lex naturæ.* 244.28. *Similitudo.* *Lumen legis naturæ quomodo obscuratũ.*

cedente non penitus extinctum, mirum tamen in modum obtenebratum fuit, adeo vt quidam philosophorum gentilium Deum in dubium vocarent, alij verò excluderent, vt Diagoras, atque ob hoc atheos dictus, quasi sine Deo. Monarchæ item, quorum imperio mundus regebatur, statuas ex ære factas, aut ligno celatas, pro dijs colerent, præterea serpentes & cæteras eius generis bestias. De qua re illud est

Psalm. 113. Psalmographi, *Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum, Os habent & non loquentur, oculos habent & non videbunt, &c.* Et Pauli ad Romanos. *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis incorruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Porro ignoratio hæc summi Dei, quæ terras omnes execrandis errorum ambagibus implicuit, à Cham Noë filio ortum esse creditur, qui non accepto ritu colendi veri Dei, profugus à patre conscedit cum vxore & liberis in ea parte Arabiæ, quæ ab ipsius nomine, nomen postea sortita est. Quæ res effecit, vt cum procedente tempore, alij post alios ex ea terra, velut in colonias missi, diuersa loca tenuissent (creuit enim supra modum abdicata soboles) in errores inci-

Roma. 1.

Ignoratio Dei summi vnde processit.

derunt

derunt inextricabiles. Qui in Aegyptum primò transiuerant, cœlestium luminum motum, pulchritudinemque mirati, quæ eò intentius ab illis seruabantur, quò sereniores fiunt in ea terra, quàm alibi tempestates, solem & lunam, velut certum illis inesset numen, pro Dijs colere cœperũt. Isidem hanc, illum Osirim nominãtes. Inde eò processit humana temeritas, vt ignem, aërea, mare, terram, cęteras q; mundi partes, quæ ad rerum procreationes attinent, velut suum omnibus inesset numen, diuinitatis nominibus consecrauerit: Hinc vitalis spiritus Iupiter dictus, ignis Vulcanus, Pallas æther, tellus Ceres, aliaque alijs nominibus. Postremò tãtum sibi furor hominum indulsit, vt mortalium quibusdã, qui homines consilio, opibus, vtilibus inuentis, doctrina excelluissent, diuinos honores decernere nõ dubitauerint: Hinc Apollo, Mars, Ceres, Hercules, Romulus, & alij id genus in Deorum numerũ sunt relati. Nec tenebræ illæ rerum tantũ ex Aegypto profectæ, sed quascũq; à principio terras tenuerũt, à Chã procreati, veræ pietatis ignoratio cœpit. Cæterũ nulla vnquã terra plurium fuit coloniarũ mater, quã Arabiæ pars illa, quã Chamus paterna domo profugus

Isis.

Osiris.

fugus incedit. Tantam humano generi cladem, intempestiuum vnius attulit exilium. Contra Semi & Iaphetis, reliquorum scilicet Noë filiorum prognati, legitimè à maioribus instituti, modicis finibus contenti, haud tam latè vt illi, sunt per omnes terras euagati.

Cultus veri Dei apud Iudæos.

Quo accidit, vt veri Dei cultus apud vnam duntaxat gentem, ad Messiæ vsq; tẽpora in occulto fuerit, ab Abraham Isaac patre, gẽs nomẽ sortita est, atque Hebræi primò dicti, mox & Iudæi à Iuda Israëlis filio Abrahami pronepote. Aurelius Augustinus ab Hebero, qui ex Noë adnepotibus vnus fuit, Hebreos primò, mox Hebræos nominatos author est. De notitia Dei apud solos Iudæos, ad Messiæ tempora obseruata, est illud apud Psalmographũ: *Notus in Iudæa Deus, in Israël magnum nomẽ eius.*

Aug. lib. 2. Retractationum.

Psal 75.

Lex scripta & eius nomina.

Lex scripta est, quæ per Moysen & per Christum data est: Hæc quæ per Christum lata, noua lex dicitur, quę est Euangelium: eadem & nouum testamentum, & lex spiritus, & lex gratiæ appellatur: illa verò, quæ per Moysen promulgata est, lex vetus, lex literæ, lex timoris, & testamentum vetus dicitur. Euangelij vocabulum Græcum est, significans bonum nũcium, quo nomine testamentum nouum aptissim-

Euang.

1561. nou-

nominatur, quippe quo annunciatur per fidem in Christum, gratis peccata nobis condonari, solui inimicitiam inter Deum & hominẽ, donari nobis Spiritumsanctum nos innouantem, denique vitã æternam, quibus sanè rebus nihil vtilius, nihil lætius est. Atque ob id iure lex gratiæ, lex spiritꝰ dicitur. Quẽadmodum contra, vetus appellatur lex literæ, lex timoris, ꝙ illi defuit spiritus viuificans, seu gratia adiuuans. Porro testamẽti nomine lex vetus & noua dicitur Metaphoricè. Quemadmodum enim testamentum ante mortem testatoris non intelligitur, quia obsignatum est: at vbi testator mortem obierit, aperitur, & quid in eo contineatur, innotescit, pari ratione mortuo Christo vtriusque testamenti testatore, scripturæ quę Christum venturũ & passurũ nunciabant, patefactæ sunt, omnibus videlicet quæ præfigurata & prædicta fuerunt de Christo, impletis. Id quod factum esse designauit velũ tẽpli scissum à summo deorsum. Vetus nanque Testamẽtũ, maxima ex parte, est promissio de Christo: Nouum verò, ꝙ docet promissionẽ hãc de Christo impletam esse. Cur aũt ea quę testamẽti noui sũt, multis ante seculis præfigurata & prędicta esse Deus voluit, ante dictum est.

Testamenti nomine cur sacra scriptura appelletur. Lact. c. 20. libr. 4.

Vetus Testamentum & nouum quid sit.

Euange. in veteri lege. 158.2.7. Quo fit vt Euangelium non tantum in noui, sed & in veteris Testamenti libris: & vicissim lex non tantum in legalibus, sed & in Euangelicis scripturis reperiatur. Vnde Paulus: *Euangelium* (inquit) *Dei, quod ante promiserat, Deus* scilicet, *per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo*. Estq; vnum & idem Euangelium, in quo omnes sancti & pij ab initio mundi sunt saluati. Habuerunt enim Patres eundem spiritum fidei nobiscum, per quem sunt saluati, quemadmodum Apostolus ait: *Habentes eundem spiritum fidei, sicut & illi, secundum quod scriptum est: Credidi, propter quod loquutus sum: Et nos credimus, propter quod & loquimur*. Quod & Christus testatur, cùm ait: *Abraham pater vester concupiuit videre diem meum, vidit & gauisus est*. Sunt autem Testamenti noui libri hi: Euangelium Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis, Actus Apostolorum à Luca conscripti, Epistolæ Pauli quatuordecim, ad Romanos vna, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad Ephesios, Philippenses, Colossenses itidem, ad Thessalonicenses duæ, ad Timothæum duæ, ad Titum, ad Philæmonem, ad Hebræos singulæ, Iacobi Epistola vna, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ vna, Apocalypsis, id est, reuelatio, à Ioanne

Roma.1.

2.Cor.4.

Psal.115.

Ioan.8.

Libri noui testamenti.

Eua

Euangelista in insula Pathmo, in quã à Domitiano relegatus fuerat, scripta. Sunt igitur libri Testamenti noui, octo, & viginti, omnes Græco sermone scripti, præter Euangelium Matthæi, quòd Hebraica lingua Matthæus scripserat, vtpote Hebræis. Quod quidem Euangelium à quo postea in linguam Græcam translatum sit, non certum esse ait Hieronymus. Hos libros testamẽti noui in canone ponit Ecclesia, vt scribitur in concilio Laodiceno, et Carthaginensi tertio, & in quadã Epistola Athanasij. De alijs autẽ (ait Eusebius) sciendũ, qui sub nomine Apostolorum ab hæreticis proferuntur, velut Petri, Thomæ, Matthiæ, & cæterorũ Apostolorũ, quæ appellantur Euangelia: Andreæ & Ioannis actus, quia nunquam prorsus in scripturis veterum illorum, dumtaxat qui ab Apostolis successerũt aliqua mentio eorum, aut commemoratio habetur, in quibus ipse stilus multum ab ipsa Ecclesiastica consuetudine deprehenditur diuersus: sensus quoque ipse, & omnia quæ ijs inserũtur, longè ab Apostolica dissonat fide: ex hoc figmenta esse prauitatis hæreticæ comprobantur. In eandem sententiam ille, sentiens authoritatem iudicandarum scripturarum esse penes Ecclesiam, id

Euſ. lib. 5. cap. 8.

Hie. de viris illustribus. 168. 13.

Euſ. lib. 3.

Cap.5.contra epist. Manichæi.

quod & Augustinus sensit, cùm diceret: *Euangelio non crederẽ, nisi me Ecclesiæ catholicæ cõmoneret authoritas.* Cæterùm

Quo tẽpore scripserint Euangelistæ.

quo tẽpore ab ascensione Christi in cœlũ, scripserint hæc Apostoli, nõ certum scitur. Theophlactus ait, Matthæũ scripsisse Euangelium ab ascensione Christi in cœlũ, post octo annos, Marcum post decem, Lucam post quindecim, Ioannem post triginta. Non desunt qui diuersum sentiant, affirmãtes Ecclesiã sine scripto Euangelio, plus quàm viginti annis fuisse, Marcumq; post triginta septem annos à Christi ascensiõne in cœlum scripsisse Euangelium, Ioannem autem post sexaginta quinque annos. Porro testamenti veteris libri sunt hi, vt refert Hieronymus. Primus apud eos vocatur liber Breschith, quẽ nos Genesin dicimus, id est, generationem: quoniam in eo agitur de creatione mundi, & exordio generis humani. Cæterùm Breschith vocem Hilarius ait, tria significare apud Hebræos, in principio, in capite, & in filio. Notant enim librum primis vocibus, vnde liber incipit. Secundus Veelleſmoth, id est, hæc sunt nomina. Nam id exordium est Exodi, quod nomẽ Græcum significat exitum, quoniã in eo libro inter cætera describitur Exitus Iudæorũ ex

157.8.

Beda super vlt.c.Ioan.

In prologo galeato

Libri veteris Testam.

Genesis.

Exodus.

ex Aegypto. Tertius Vaijcra, id est, & vocauit. Sic enim incipit Leuiticus, quo describuntur sacrificia, ab ijs qui ex tribu Leui oriundi erant, offerri solita. Quartus Vaiedabber, id est, & locutus est. Hoc enim initium libri Numerorũ est, in quo recensetur populus Israëliticus, & quadraginta duæ per eremum mansiones describũtur. Quintus, Ellehadbarim, id est, hæc sunt verba, his verbis exordium est Deuteronomij, quod Græcis sonat perinde quasi dicas, secunda lex, aut posterior lex.

Leuiticus.

Numeri.

Deuteronomium.

Hi sunt quinque libri Moysis, quos propriè thora, id est, legem appellant. Hi libri Moysis appellantur Græco nomine Pẽtateuchi, à πέντε, id est quinq;, & τεῦχος, id est volumen. Secundum Prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Iesu filio Naue, qui post mortem Moysis, præfuit populo Iudaico, quique introduxit populum in terram promissionis. Apud eos Iosue Bẽ Nun dicitur, id est, filius Nun, ad differentiã Iosue filij Iosedech sacerdotis. Deinde subtexunt librum Sophtim, id est, Iudicum, quòd in eo describantur res gestæ Iudicum, qui præerant Iudæis. Et in eundem compingunt librum Ruth, quia in diebus Iudicũ facta eius narra-

Pentateuchus.

Secundus ordo.

Iosue.

Iudicum.

Ruth.

narratur hiſtoria.

Regum. Tertius ſequitur Samuel, quem nos regnorum primum & ſecundum dicimus, quòd in eo res geſtæ Regum Iudaicorũ à Samuele deſcribuntur. Quartus Malachim, id eſt, Regum, qui tertio & quarto volumine regnorum continetur. Quintus eſt Eſaias prophe-

Eſaias.

Ieremias. ta. Sextus Hieremias. Septimus Ezechiel.

Ezechiel. Octauus liber duodecim Prophetarũ,

12. Proph. qui apud illos vocatur Thereaſar, id

Tertius ordo. eſt, duodecim. Tertius ordo hagiogra-

Hagiographa. pha poſsidet, id eſt, ſancta ſcripta, ſiue Sanctorum ſcripta, quæ proximæ ſunt authoritatis, cùm illa tribuãt Deo, hæc Sanctis. Et primus liber incipit à Iob.

Iob. Secundus à Dauid, quem quinque inciſionibus, hoc eſt, partibus, & vno volumine, Pſalmorum comprehendunt.

Pſalmi.

Salomon. Tertius eſt Salomon, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi Miſle, id eſt,

Salomonis libri. parabolas appellant. Quartus Eccleſiaſten, id eſt, concionatorem, Hebraicè cæleth. Quintus eſt Canticum canticorum, quem titulo ſirrhaſirim appellant, id eſt, cantionem cantionum, vt eximium canticum intelligas. Sextus eſt Daniel. Septimus Dibre haiomim, id eſt, verba dierum, quod ſignificãtius Chronicõ toti⁹ hiſtoriæ diuinæ, ait Hieronymus, poſſumus appellare.

Daniel.

qu

qui liber apud nos Paralypomenon, id est, omissorum primus & secundus inscribitur. Octauus Esdras, qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos in duos libros diuisus est, ait Hieronymus. Nonus Hester. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri viginti duo, id est, Moysis quinque, & Prophetarum octo, hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli Ruth & Cinoth, id est, lamentationes, inter hagiographa scriptitent, & hos libros putent in suo numero supputandos, ac per hoc esse priscę legis viginti quatuor libros. Sapientia igitur quæ vulgo Salomonis inscribitur, ait Hieronymus, & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & pastor, non sunt in Canone. Machabæorum primum librum Hebraicum repperi: secundus Græcus est, quod ex ipsa quoque phrasi probari potest, ita quidem Hieronymus ait, sentiens, hos libros esse inter apocrypha ponendos. Sunt autem apocrypha, id est, abscondita, occulta, quòd ea non legerentur publicitus, sed priuatim ac domi pro suo cuiusq; animo. Verũ hos libros ceu canonicos Ecclesia agnoscit & suscipit, vt liquet ex tertio concilio Carthaginensi, quod in sexta generali synodo confirmatum est. Et ex concilio

Paralypomenon.

Esdras.

Hester.

Apocrypha libri.

Libri Canonici veteris legis.

lio Florentino, in quibus hi libri Canonici veteris legis numerantur. Moysis quinque. Geneſis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Ioſue, Iudicum, Ruth. Quatuor Regum, duo Paralypomenon, Eſdras, Neemias, Tobias, Iudith, Eſther, Iob, Pſalmi Dauid, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Cantica Cãticorum, Sapiẽtia, Eccleſiaſticus, Eſaias, Hieremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetę minores, id eſt Ozeas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Michęas, Naũ, Abacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabęorum. Hunc catalogum librorum canonicorũ, & Auguſtinus numerat libro ſecundo de doctrina Chriſtiana, & cæteri authores grauiſsimi. Eorum librorum veteris legis tranſlationes vetuſtiores, ex Hebraica lingua in Græcam, plures eſſe feruntur. Vna ſeptuaginta interpretũ, qui ab Eleazaro pontifice Iudæorum miſsi ex Iudęa in Aegyptum petente Ptolemęo Rege Aegyptiorũ, qui bibliothecã inſtructiſsimam habere cupiebat, vetus teſtamentũ Græcanico ſermone donarunt, annis ante Chriſtum incarnatũ, vt ferũt, trecentis quadraginta vno. De qua re Euſebius de preparatione Euãgelica abundè ſcribit. Non deſunt qui conſtanter affir-

Tranſlationes librorũ veteris Teſtamenti vetuſtiores.

Euſe. cap. 1. li. 8. præparationis Euangelic.

mas

ment septuaginta interpretes tantum Pentateuchũ, in linguã Græcam trãstulisse, colligentes id ex Aristea, qui ipsos septuaginta duos interpretes iussu Ptolomæi in Aegyptũ perduxerat, & ex Iosepho in præfatione antiquitatũ Iudaicarũ. Altera Aquilæ Iudæi qui ad fidem conuersus fuerat tempore Adriani Cæsaris. Tertia Theodotionis sub Commodo Imperatore. Quarta Symmachi sub Seuero. Quinta vulgata æditio nominata, inuẽta Hierosolymis. Sexta Origenis, qui etiam narratur septuaginta interpretum translationem correxisse. Hic Origenes composuerat opus, in quo per singulas columnas digessit varias æditiones, sic vt prima haberet Hebræa suis literis. Secunda, eadem Græcis literis. Tertia, Aquilæ æditionem. Quarta, Symmachi. Quinta, septunginta. Sexta, Theodotionis. Vnde hæc opera ἑξαπλᾶ dicta sunt Græcis, quasi sextuplicia. Quorum meminit Hieronymus, qui & ipse ex Hebræo totum ferè Testamentum vetus in sermonem Latinum transtulit. Non abre igitur D. Augustinus ait Latinæ linguæ hominibus, ad cognitionẽ scripturæ diuinæ duabus alijs opus esse Hebræa & Græca, propter variam interpretum translationẽ. Quamobrem

Altera trãslatio.
Tertia.
Quarta.
Quinta.
Sexta.
Exapla.
In præfatione in Iosue li. 2. de doc. Christiana.
Cognitio linguæ Hebraicæ & Græcæ necessariæ Theologis.

&

& in decretis pontificum præcipitur in gymnasijs has linguas docendas esse. Et certè nemo negauerit melius esse ex fontibus ipsis haurire, quàm riuulos consectari. Ita enim melius res perspici potest, cùm multa sint quæ nó possunt vsque adeò commodè in aliam linguam transferri: idque propter phrasim linguæ propriam. Quin & animus ex fontibus hauriens, in discendo certior redditur, aduersariusque facilius conuincitur. Neque audiendi sunt illi, qui ex verbis Hieronymi non rectè intellectis, quæ etiam in decretis canonicis ponuntur, asserunt Latina exemplaria esse correctiora quàm Græca, & Græca quàm Hebraica, atque ita esse vanum linguæ Græcæ studium, neque in dubijs recurrendum esse ad exemplaria Græca & Hebraica. Non enim hoc sensit diuus Hieronymus, vt ex verbis eius liquet. Verba Hieronymi sunt in præfatione in Pentateuchum Moysis. Sicubi in translatione tibi videor errare, interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices non habent: aliud est, si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt: & emendatiora sunt exemplaria Latiua quàm Græca, & Græca quæ

Notantur quidam.

He

Hebraica. In quibus verbis Hieronymus inducit hoc esse, vt ita loquar, impossibile, vt correctiora sint exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Vbi aliud est, ponit pro eo quod Cicero dicit, nisi forte, veluti si dicas, Diuitiæ non reddunt hominem beatum, nisi fortè mentitus est Christus, qui pauperes beatos appellat. Quid enim absurdius, quàm dicere hæc ab septuaginta prolata, quæ post septuaginta dicta sunt ab Apostolis. Quod si hoc verè sensit Hieronymus, id quod quidam somniant, quæ tandem fuit insania hoc laboris su scipi ab Hieronymo, vt ad exemplaria Hebræorum recurreret? Preter hanc autem linguarum, & quarundam artium notitiam, ad intelligenda scripta diuina requiruntur & alia. Primò reuelatio diuina. Lex enim spiritualis est, & & reuelatione opus est vt intelligatur, ait Hieronymus. Quod testatur Dauid, cùm diceret: *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Et Lucas narrans Christum aperuisse sensum discipulis, vt intelligerent scripturas. Deinde animus pius & ab affectibus purgatus. *In maleuola enim animam* (vt docet scriptura) *nō intrabit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.*

Præter linguarum cognitionem, quæ alia requiruntur ad cognoscē dā sacram scripturam.

Psal. 118.

Luc. 24.

Sapien. 1.

Istuc

Basil. in epist. de vita solitaria.

Istuc ipsum expressit Basilius ille Mag-
gnus eleganti similitudine. Quemad-
modum (inquit) in cera quis scribere
non potest, nisi characteres impressos
ante deleuerit: sic nec anima, diuina do-
gmata degustare, nisi pristinos ex ani-
mo mores penitus exuerit. Quamobrē
idem D. Basilius cùm corā Valente Im-
peratore fidei suæ rationem redderet,
insolentiam cuiusdam coqui, qui tunc
aderat seueriſsimè coërcuit, eò quòd ho-
mo rudis & carnalis, de rebus diuinis
167.19. ausus esset petulanter differere. Cùm
Diuina scriptura cui similis.
autem diuina scriptura (vt grauissimi
scriptores docent) similis sit imagini
obtutum circumagenti: nam quema-
modum imago illa ex quacunque par-
te adieris illam, te aspicere videtur: ita
& scriptura diuina bonis & malis se
præbet, cui rei maximo argumēto sunt
hæretici, qui dogmata sua, scriptura sa-
cra confirmant, verum non rectè intel-
lecta. Proinde diligētissimè cauēdum
vt animo pio, & purgato tractetur. Pe-
stremò ad intelligenda scripta diuina
requiritur monstrator & studium dili-
gens. Si enim in artibus sine studio &
monstrante non proficitur, certè & in
literis sacris istuc ipsum euenire puta-
dū est. Sic Eunuchus intellexit Esaiam
48.8. docēte Philippo, Paulus ad pedes Ga-
maliel

malielis legem didicit. Sic Timotheus, & Titus, & Lucas, Paulum ſibi ſequendum delegerunt. Dionyſius, Clemens, Linus, Anacletus, Petrũ. Ignatius, Polycarpus, Papias, Ioannem. Papiã, Tertullianus. Pantenũ, Origenes. Dionyſius Alexandrinus, Origenem. D. Cyprianus, Tertullianum. Euſebius, Dorothæũ Antiochiæ antiſtitẽ. Hieronymus Didymum & Gregorium Nazianzenum. Cyrillus, Theophylũ. Auguſtinus, Ambroſiũ, & alios alij. Sed mirum eſt, quòd ſolam ſcripturarum artem ſibi paſsim omnes vendicant, vt Hieron. ait. Hanc garrula anus, hãc delirus ſenex, hanc ſophiſta verboſus, hanc vniuerſi præſumunt, lacerant, docent antequã diſcant. Cùm tamen ſcriptura diuina vt Ambroſiꝰ ait, Mare magnũ eſt, habens in ſe abyſſum ſenſuum profundorum. Et Auguſtinus tantam profunditatem Chriſtianarum literarũ eſſe affirmat, vt in eis quotidie proficere poſſemus, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia vſque ad decrepitã ſenectam maximo ocio, ſummo ſtudio, meliori ingenio conaremur addiſcere. Quin & D. Petrus in Epiſtolis Pauli quædam eſſe difficilia intellectu dicit *quæ* (vt idem ait) *indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſuam ipſorum*

170.11.

Hieron ad Paulinum.

163.30.

Ambr. l. 7. epiſt. 44.

In epi. 3. ad Volusianũ.

2. Petr. 3.

rum perditionem. Proinde non temer
sunt omnia scripturarum arcana com-
1 Cor. 2. municanda omnibus. Vnde & Paulus
cùm dixisset: *Sapientiam loquimur inter*
perfectos, cap. 3. subdit: *Tanquam paruu-*
lis in Christo lac vobis potum dedi, non es-
cam. Nondum enim poteratis, sed ne nunc
quidem potestis. Et ad Hebræos. 5. *Perfe-*
ctorum solidus est cibus, id est, perfecta il
tiorum mysteriorum intelligentia, e
rum qui pro ipsa consuetudine exercitat
habent sensus ad discretionẽ boni ac mali.

Ecclesiæ iudicium.

Sicut autem Ecclesiæ sanctæ soli tri-
buitur ab omnibus discretionis certu
169. ii. do, qua verbum Dei discernere potu
à verbis hominum, quòd factũ certa
mus in ijs sanctis scripturis, quas secre-
uit ab alijs scripturis suspectis, quam
quam titulis apostolicis commẽdatis
vt ante dictũ est: ita etiam tribui debet
iudicium, & magisterium diuinũ qu
infallibiliter possit discernere inter d
gmata falsa & catholica, & germanum
1. Tim. 3. sensum ipsius & alienum. Quomodo
enim verè dici posset à Paulo Eccles
columna & firmamentum veritatis, s
in controuersia & dissensione dogma
tum vacillaret, nescies quid esset aut s
giendũ aut acceptandũ? Sed & Dom
Esaiæ. 39. nus ipse apud Esaiã apertè ostẽdit, Ec
clesiã habere scripturã et diuinũ lum
eis

eius intelligentiæ. *Hoc fœdus meum cum eis dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus, amodo vsque & in sempiternũ.* Et apud Ioannẽ Christus loquitur: *Ego rogabo patrem, & alium paracle-* Ioan. 14.
ũ dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternum, spiritum veritatis, quem mũdus non Li. 3. c. 40.
potest accipere. Rectè igitur dixit Irenæus. Vbi Ecclesia, ibi & spiritus. Eius rei, scilicet in re dubia confugiendum esse ad authoritatẽ ecclesię, habetur exemplũ in ipsius Ecclesiæ primordijs superstite sacrosancto Apostolorũ collgio, quando suborta quæstione inter quosdam viros euangelicos & alios superstitiosos de legalium obseruatione, recursum est ad publicum & commune magisterium, apostolos scilicet & seniores, vt viderent de verbo hoc, veluti scribitur in Actibus Apostolorum. Quem Act. 15.
modum tota sequens Ecclesia meritò complexa est, vt quoties quæstiò de fide occurreret, quæ Ecclesiam turbaret, conuentus fierent, quos Synodos seu Concilia vocant, in quibus & scripturæ sensus aperiebatur, & quid tenendum in fide & moribus esset, cum authoritate præcipiebatur, atque communis Ecclesiæ sensus manifé- 325. 27

ſtus omnibus reddebatur. Cū autē Ecclesia cōſtet ex infinitis penè mēbris, quib⁹ plurima ſunt, in quib⁹ eſt ſancta ruſticitas, quæ ipſis, & non alijs præeſſe poteſt, nō eſt conſulenda Eccleſia in ſingulis mēbris, neq; in fidei quæſtionib⁹ cōgreganda: alioqui non eſſent in Eccleſia gradus cōſtituri, & peculiaria charismata, quæ nō omnib⁹ voluit ſpūs eſſe communia, vtputa eſſe paſtores & doctores & prophetas, de qua re Paulus ad Epheſios ſcribit. Qui quidē paſtores & doctores cōſulendi ſunt in his quæ ad fidei doctrinā attinent, quibus claues regni cœlorū cōmiſſæ ſunt, ligādi atq; ſoluendi, vt Chriſtus ipſe docuit teſtantibus Euangeliſtis. Sed ad diuiſionem legis veteris recurramus.

Eph. 4.

Lex vetus quotuplex.

Lex vetus diuiditur in moralem, ceremonialem & iudicialē. Lex iudicialis, in qua de rebus forenſibus præcipitur, vtpote de pœnis delictorum, ſucceſsionibus & ſimilibus rebus, hactenus deſcripta eſt in libris Moyſis.

Lex ceremonialis.

Hebr. 10.

Lex ceremonialis, in qua deſcribuntur ſacrificia, quæ figurabant myſteria Chriſti venturi, & veros fidei cultus, *Vmbram enim habebat lex*, vt Paulus docet, *futurorum bonorum*, non ipſam rerum repræſentationem. Figurabant enim ſacrificia illa, ſacrificium

lud spirituale Christi, qui vna oblatione consummauit in perpetuũ sanctificatos, vt Paulus air: Hæc lex multiformis est descripta, præcipuè in Leuitico, quæ præter hoc quod figurabat vnicũ illud sacrificium, Iudæos quoque ab idololatria, ad quam maximè proni erant, abstrahebat.

Lex moralis. Lex moralis, expositio legis naturæ, ac doctrina virtutũ, carnis fragilitatem ostendens, & ad gratiam præparans.

Quæ lex vetus abolita. Lex ceremonialis abolita est, quoniam per Christũ impleta, sicut Christus ipse testatur. *Lex* (inquit) *et prophetæ vsq; ad Ioannem.* Nam post Ioannem consummatis omnibus quæ lex figurabat, & sublatis typis, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Quin & iudicialis maxima ex parte abrogata est, in qua multa nimis durè fiebant, tẽporeq; Messiæ, dulcedine misericordiæ mitiganda erãt. Quod verò obijciunt Iudæi, legem duraturam in perpetuum, quod sæpe numero à Deo nominatur fœdus perpetuũ, pactũ sempiternum, quasi nunquam finiendum: sciendum est vocem Adolam, quam nostri aliàs in æternum, aliàs in sempiternum, aliàs in seculum vertunt: non simpliciter dici de tempore, cuius finis nullus sit, sed vel de longa duratione, vel in-

Matth. 11. Ioan. 1.

Obiectio Iudæorum.

definita, vel de eo quod duraturum est continenter sine interpellatione, cuiusmodi apud Latinos perpetuũ, & perenne, iuge. De quo multa exẽpla sunt in sacris, vt Exodi. 21. *Seruiet ei in æternũ*, nempe quàm diu viuet, vel vsq; ad annos iubilei. Et Ierem. vigesimoquinto de migratione Babylonica: *Ponam*, inquit, *in his regionibus solitudinem sempiternam*, id est, diuturnam vel perennem vsque ad reditum à Babylone, nam statim addit: *Seruient gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis*, in qua significatione & tunc accipitur, cùm legis eius mentio in æternum duraturæ. Sola autem lex moralis (cùm sit interpretatio legis naturæ) abrogata nõ est, sed manet, quã Christus non venit soluere, sed implere, eamq; gratiam conferre, qua & nos adiuti eãdem implere possimus.

Lex moralis manet.

Matth. 5.

Vnde Christus apud Matthæũ ait: *Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisæorum, non poteritis intrare in regnum cælorum.* Vbi ostendit quomodo iustitia hæc abundantior esse deberet in Christianis. Inter cætera ait: *Audistis quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. At ego dico vobis: Quicunque aspexerit mulierem ad cõcupiscendum eam iam adulterium commisit cum ea in corde suo.* Numerant autem Rabbini

Numerus præceptorum veteris legis.

dæ-

dæorum, vt Rabbi Cunrlai, sexcenta tredecim esse præcepta veteris legis, trecenta enim sexaginta quinque, vt est numerus dierum solis, ducenta autem & quadraginta octo, quot sunt membra in homine. *Gal. li. 11.*

Legem verò & Prophetas, aiunt quidam, quinque continere: moralia, ceremonialia, iudicialia, promissa & sacramentalia, vt agnus paschalis, vitula rufa. *Lex et prophetæ quot cõtineant.*

Cæterum quoniam regnum cœlorum intrare volentibus seruanda sint mandata Dei, ea quæ commodius seruabuntur, si intellecta probè fuerint, proinde breuem explicationem decalogi, hoc est, decem præceptorum Dei adscribendam duximus.

DECALOGVS.

DEcalogus, seu lex moralis, duabus partibus constat, quarum prior complectitur ea quæ Deo debemus. Secunda, docet quales esse debeamus erga proximum. Porrò huius diuisionis author est Deus, qui in duas tabulas descriptum Moysi tradidit. *Decalogus quot partibus cõstat.* 218. 26.

Quidam, vt Hieronymus & Origenes, tribuunt primæ tabulæ præcepta qua-

quatuor, ex primo duo facientes, in quorum primo ſpiritalem: in altero craſſam illam, & externam idololatriam prohiberi dicunt, vt primum ſit: *Non habebis Deos alienos coram me.* Alterum: *Non facies tibi ſculptile.* In ſecundam tabulam ſex referunt, duo vltima præcepta de non concupiſcenda vxore, & rebus proximi, connectentes. At Auguſtinus & cæteri illum ſecuti, primæ tabulæ præcepta tria, ſecundæ, ſeptem tribuerunt, quia primum mandatum de vitanda idololatria ſiue corporali, ſiue ſpirituali, vnum faciunt. Poſtrema verò præcepta quæ ſunt de non concupiſcendo vel vxorem vel res proximi, in duo ſecãt, quorum ſententia Eccleſiæ magis placet.

Aug. lib. 2. Quæſt. ſuper Exo.l.

PRI

PRIMVM PRÆ-
ceptum.

Ego sum Iehoua Deus tuus: qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cœlo desuper, ac quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis ea, neque coles. Ego enim sum Iehoua Deus tuus, fortis zelotes, visitans iniquitatem patrum super filios in tertiam & quartam generationem, his qui oderunt me, & faciens misericordiam in milla diligentibus me, & seruantibus præcepta mea.

Explanatio præcepti. In hoc præcepto, initio vtitur Deus veluti præfatione quadã in totam legem. Nam cùm Dominũ se nominat, ius sibi vendicat, & authoritatẽ iubendi, Deinde quo legi suæ gratiam apud nos concilicet, addidit se Deum esse nostrum, hoc autẽ beneficio cùm nos dignetur, par est, vt nos illi vicissim nos exhibeamus in populũ obsequentem. Cùm autem meminit liberationis post fractum iugum seruitutis Aegyptiacæ, hoc quo ad corpus, ad populum Israëliticum spectat. Tamẽ est alterum genus liberationis quod ad omnes homines æquè pertinet. Nos enim ex spirituali seruitute peccati, & diaboli tyrannide liberauit. Facit autem mentionem liberationis ex seruitute Aegyptiaca, vt commonefaciat nos summæ ingratitudinis reos fore, nisi totos illi nos in obsequium addixerimus. Ceterum Iohoua quid sit, dictum est, vbi egimus de nominibus Dei mysticis. Exigit aũt à nobis hoc præcepto Deus vt suum illi honorẽ deferamus, neque
200.8 vllam eius partẽ transferamus aliò. Est autẽ illi honor proprius, eum adorare, collocare in ipso fiduciam, inuocare, tanquam datorẽ omnis boni. Id quod
Matth.4. Christus apud Matthæum expressit,
Deuter.6. cum diabolo tentanti se dixit, ex Deu-

teronõ

teronomio citans scripturam: *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies*: scilicet cultu latriæ, id est, honoris soli Deo debiti, quæ quidem latria consistit in fide, spe, & charitate, de quibus postea dicetur. Assignant autē Theologi duplicem orationem seu honorē, Vnum latrię à Greco verbo λατρεύω id est, colo, adoro, dictæ, quæ soli Deo debetur cum recognitione & existimatione vniuersalis potestatis, prouidentiæ, & dominij. Alterum verò duliæ à δουλεύω id est, seruio sic dictæ: quæ à latria differt per existimationem & recognitionem, id genus officij quod præstamus alicui propter virtutis excellentiam aut dignitatem, quam in eo esse credimus. Quanquam dubitant aliqui, an propriè dulia huiusmodi officium appelletur, cum honor ille qui sanctis debetur communiter, minimè in signum seruitutis exhibeatur. In eo autem cum dicit: *Non facies tibi sculptile*: crassam illam & externam idololatriam, vt dictum est, prohibet, qua gentes maximè vsę sunt. Nam verbis illis: *Non habebis deos alienos coram me*, spiritalem idololatriam notat. Adiungens autem sanctionem, dicit se esse Deum nostrum, fortem zelotem, & cætera. Vbi fortitudinis

Latria.

Dulia.

176.26.

meminit, vt ostendat se ad vindicandam gloriam suam satis habere potentiæ. Porrò nominando se zelotem, innuit æqualem aut socium ferre nō posse. Constat enim zelotem seu zelotypum eum dici, qui ita vxorem amat, vt sibi ipsi metuat, ne quis eam ad adulterium solicitet, adeò vt ægrè ferat aliquem propius coniugi suæ assidere, quòd se solum amari velit. Nam vt se nobis Deus pro sua infinita bonitate donauit, ita nos vult esse prorsus suos, atque hæc animarum nostrarum est castitas, illi dicatas esse & penitus adhærere, sicut rursum adulterio polluimur, dum ab eo ad superstitionem deflectunt. Hinc illæ voces: *Ego Iehoua, hoc est, nomen meum, gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus.* Item: *Spiritus fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo.* Et alibi: *Fornicantes cum dijs alienis.* Quæ verò plus nobis incutiat terroris, non tantùm de his quæ offenderint, pœnas sumpturum se minatur, sed eorum quoque sobolem fore maledictam. Quod si quispiam dicat, hoc æquitati Dei non esse cōsentaneum, punire aliquem propter alterius noxam, præsertim cum apud Ezechielem dicatur: *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.*

Esai. 42.

Oseæ. 4.

Iudi. 2.

Solutio obiectionis.

Ezech. 18.

qualis sit humani generis conditio reputamus, soluta est quæstio. Natura enim maledictioni obnoxij sumus omnes, nec est quod de Deo conqueramur, cùm in hac sorte nos reliquit. Iam verò sicut suã erga pios dilectionem eorum posteritati benedicendo, demõstrat: ita suam aduersus impios vindictã, eorum filios hac benedictione priuando exequitur. Præterea aiunt, quod hic dicit: *Visitans iniquitatem in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me*, apud Ezechielẽ apertius dictũ: *Animam quæ peccauerit* (hoc est dominũ oderit) *esse puniendã*. Vnde hic locus non damnat tertiã & quartam generationẽ, ob solam naturæ propagationem, sed magis ob imitationem paternæ impietatis. Quod verò seueritatem in tertiã & quartã generationem prædicit, misericordiam in mille facturum pronũciat, indicat misericordiam suam tantò esse maiorem seueritate, quantò millenarius ternario. Quin millium finito numero pro infinito vtitur, quoniam, vt ait scriptura, *In seculũ misericordia eius*. Quod igitur fidẽ attinet, peccant contra hoc præceptum primò, infideles, vt gentes, Iudæi, hæretici. Secundò dubitantes in fide. Neque enim dubitare est credere. *Fides enim est*, vt Paulus ait.

373.14. *Psal.* 103.

Peccantes contra primum præceptũ rationẽ fidei.

1

180.14

2

ait, *argumentum non apparentium*, propterea quod ſicut illa quæ argumentis confirmantur, vera eſſe creduntur: ita & hæc quæ fide apprehendimus vera eſſe credenda ſunt, in quibus confirmandis fides firma, vicem argumentorum obit. Tertiò ſcrutantes curioſè ea circa quæ verſatur fides, vt eſt eſſentia Dei, & alia eiuſmodi, hæc enim, nullus intellectus creatus aſſequi poteſt ad plenum. *Quis enim cognouit ſenſum Domini?* ait Paulus. Quartò negantes fidem. *Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem fit confeßio ad ſalutem*, docente Paulo. Hoc modo in Deum peccarunt Helcheſatæ hæretici, aſſerentes non eſſe criminoſum in tormentis CHRISTVM voce tenus ab eo negari, qui corde ipſum confiteretur. Quintò tentantes Deum. Nemo enim tentat niſi rem dubiam. Sextò non impendentes debitum cultum Deo. Septimò peccant contra primum præceptum ratione fidei, ſortilegia exercentes, aut illis fidem habentes, quales ſunt qui genethliacis & aſtrologis fidem accommodant, ſuamque vitam & opera, ad cœli ſigna iuxta temporum diſcrimen, comparant. Hoc eſt enim ſentire, Deum ſubeſſe creaturis ſuis, aut ea quæ Dei ſunt, tribuere creatu-

3
183.30
314.20
Roma. 1.
4
Helcheſatæ
336.31
5
6
7

ra

ræ. Quanquam autem constet superiora corpora in hæc inferiora corpora influentiam habere: tamen anima rationalis cõstellationibus neutiquam subiacere putãda est. Et certè qui fideli mente patrem qui in cœlis est, compellit, is se totũ Dei protectioni committit, certus sibi nullã posse nocere creaturam, quem tuetur omnis creaturæ opifex, & moderator Deus. Quod vt fiat & ipse Dominus apud Ieremiam præcipit. *Iuxta vias gentiũ nolite discere, & à cœli signis nolite metuere, quæ timent gẽtes, quia leges populorum vanæ sunt*, Preterea qui ariolos sciscitantur, aut sommia obseruant, maleficos, & diuinos consulunt, vt futura præsagiant, secreta rimentur, vt deperdita recuperunt, id quod sacra scriptura in multis locis vetat, vt Læuit. 19. *Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini. Non augurabimini, neq; obseruabitis somnia.* Et vigesimo: *Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi tui.* Et Ieremiæ vigesimo septimo: *Nolite audire Prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos.* Quod si quando eueniant ea quæ vates isti prædicunt, hoc Dei permis-

Solutio obiectionis.

Ierem. 10.

8

Arioli.

Obiectionis solutio.

sione fit, vt ipsi qui hoc audiunt, aut vi-
dent, prohibētur, & appareant qua sint
fide, vel deuotione in Deū, qui hæc he-
ri prohibet, & vult vt illū solum ame-
Deuter. 13. mus eiq; fidamus. De qua re ita in Deu-
ter. legimus. *Si surrexit* (inquit Moyses)
in medio tui Propheta, aut qui somnium se
vidisse dicat, atq; prædixerit signū, atq; por-
tentū, & euenerit quod locutus est, et dixe-
rit tibi: Eamus, & sequamur deos alienos,
quos ignoramus, et seruiamus eis: nō audies
verba Prophetæ, aut somniatoris, quia ten-
25. 1. 6 *tat vos Dominus Deus vester, vt palā fiat*
vtrum eū diligatis an non in toto corde &
in tota anima vestra Dominū Deum ve-
strum sequimini, ipsum timete, mandata ei
stodite, & audite vocē illius, ipsi seruietis,
Ratione *& ipsi adhærebitis.* Porrò diabolum nō
spei peccā- posse pijs plus incommodare quā illis
tes in pri- Deo fuerit concessum, liber Iob infi-
mum præ- gni testimonio cōfirmat. Ratione au-
ceptum. tem spei peccant contra primum præ-
1 ceptum, Primò desperantes quod fa-
licet Deus velit aut possit saluare, aut
2 parcere. Secundò qui in potentia sua
& diuitijs, aut hominibus confidunt.
Psalm. 19. Tales notat Psaltes: *Hi in curribus, hi*
in equis, nos autem in nomine Domini. Et
Ierem. 17. Ieremias: *Maledictus qui cōfidit in homi-*
ne, & ponit carnem brachium suum, & a
Domino recedit cor eius. Talis erat pri-
cep

ceps Tyri cui per Prophetam dictũ est: *Ezech. 28.* *Eleuatum est cor tuũ, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo & nõ Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei.* Tertiò præsumẽtes 3
de misericordia Dei, hoc est, qui sperãt veniã sine pœnitẽtia, aut beatitudinẽ, sine nostra cooperatione ad bonũ, *Nam* 231. 3.
qui bona egerũt ibunt in vitã æternã, qui vero mala in ignẽ æternũ. Quartò presu- 4
mẽtes de meritis proprijs, cũ scilicet sibi nimiũ tribuunt. atq; ẽstimãt de bonis operib⁹ suis. Cõtra quos illud dictũ Christi: *Si feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sum⁹, quod debuimus facere, fecimus.* Porro q̃ charitatem attinet, contra primũ præceptũ peccant. Primò qui mundũ amant plus quàm Deũ, cum tamẽ ille (vt Christus ait) *diligẽdus ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente.* Quibus verbis innuit vt oẽs vires suas homo ad Deum amandũ & glorificandũ referat. Sunt autem in hoĩe tria, ratio, volũtas & vis vitalis seu sensibilis, Ratio quæ dijudicat & discernit res, & hæc signatur per mentẽ. Volũtas quę cupit rem cognitam, & hęc significatur nomine cordis, Anima vitalis, qua alitur & vegetatur corpus. Ratione ergo vtendum ad laudem Dei, meditando scilicet o-

Ratione charitatis peccãtes in primũ præceptum. 346. 19. *Matth. 21.*

Quid sit diligere Deũ ex toto corde, ex tota anima, & mente.

pera

pera illius, & illi fidendo, & credēdo, lijs cōsulendo. Voluntate verò, cupiendo ea, quæ in Dei gloriā vergunt. Anima quoq; vitali, seu vi sensibili: valetudine, robore, sensibus vtēdo ad optima quæq;, pertinētia ad laudē Dei. Qui vt cognoscatur, & glorificetur, oia cōdita sunt, vt ante ostensum est. Secundò peccant contra primum præceptū rationis charitatis, timentes plus offensam hominū, quàm Dei, præponentes fauorē Dei, fauori hominum, cùm tamen plus oportet obedire Deo quā hominibus, plusque timendus sit Deus, qui occidit corpore, aīam in gehennā mittere potest. Tertiò, metuētes offensam Dei solum propter pœnā: cùm tamē Deus amandus sit propter se, vtpote summum bonū, & pater misericordiarū, & Deus totius cōsolationis, vt Paulus ait. Atque hactenus de primo præcepto.

2

Act. 9.

Luc. 12.

3

2. Corin. 1.

SECVNDVM PRAEceptum.

NOn assumes nomen Dei tui in vanum: Nec enim habebit dominus insontē, qui assumpserit nomen Dei frustra.

Ratio ordinis. Pulcherrimo ordine hoc secun-

dum præceptum primo ſubnectitur, ve luti ex eo promanans. Cùm enim vix fieri poteſt, quin quod tota mente cõplexi ſumus, lingua itidẽ ſonemus. Eſt enim ſermo proximus mẽtis interpres. Proinde cùm primùm præceptum poſuiſſet, quo principaliter cor noſtrum formauit, qua ratione ſe erga Deum gerat, ſecundũ hoc poſuit, quo docet quo modo de Deo agnito, tum apud nos, tũ apud alios loquamur. Vetat autẽ ne Dei nomine abutamur, non peierando tantùm, ſed præter neceſsitatem iurando. Eſt autẽ nominis Dei vſus legitimus in iuireurando, cum ſcilicet abhibetur ex iuſta cauſa aſſerendę veritati. Quamuis autem Chriſtus, vt Auguſtinus ſentit, omnem aſſeuerationem, inter perfectos chriſtianos ſuperuacaneam eſſe ſentiat apud Matthæum, cùm dicit: *Auditis quia dictum antiquis: Ne peierato, ſed Domino quæ iuraueris reddito. At ego dico vobis, omnino non eſſe iurãdum, neque per cœlum, quoniam Dei ſolium eſt: neque per terrã, quia eius pedum ſubſellium eſt: neque per Hieroſolymam, quoniam vrbs magni Regis eſt: neque per tuum caput iuraueris, quoniam non poßis vel vnum crinem album, nigrúmue facere. Sit autem ſermo veſter, eſt, eſt, non, non: quod præter hæc eſt, à malo eſt.* Tamen cùm

Auguſt. de ſermone Dei in mõte. lib. 1.

Matth. 5.

cùm interim in Ecclesia sint impe-
cti, excusat idem Augustinus, nō tàm
in Euangelio, sed & in alijs negotijs
rantē, modò infirmitas eius cui iura-
& causæ grauitas seu necessitas iu-
mētum extorserit, quod tamen quo
fieri potest. vitandum esse docet. Quā
sententiam communis Ecclesiæ cōsē-
sus sequi videtur, qui permittit vt pe-
bet, non tantum in cōfirmatione ve
Dei, sed etiam in fœderibus Princip
in suscipiendo magistratu, in iudic
magistratus exegerit, ac ficubi ca
grauitas postulauerit, iuramentum
ne peccato præstare posse. Quin et
peccaturos, nisi id præstiterim

Galat. 1. Roma. 1. Hinc & Paulus Apostolus sæpe
rasse legitur, veluti cùm dicit: *Quæ*
tem scribo vobis, ecce coram Deo, qui
mentior. Item: *Testis est mihi Deus,*

Iuramenti Comites. *seruio.* Porro iuramentum tres co
tes habere debet: quemadmodum D
minus apud Hieremiam precipit,

Ierem. 4. cens: *Et iurabit, viuit Dominus, in ve*
tate, in iudicio, & in iustitia. Vbi inst
in iuramento, primùm subesse op
tere veritatem, vt non aliter scia
præstetur, quàm vt mendacium op
diaboli destruatur, veritas verò de
gatur. Deinde iudicium adhibend
est, vt non temerè, sed cùm ma
delib

deliberatione: nēpe vt iurans prius consyderet, an rei necessitas, aut grauitas iuramentum exigat, an hoc quod iurat facere queat nec ne. Item, ne vel non sine tempore & loco vel ira, aut alio praeuo affectu concitatus iuret. Postremò videndū, vt nihil nisi quod iustum ac honestum est iuretur. Quos comites iuramētum si habuerit, non est dānabile: quippe quò veritas, pax & cōcordia defendātur: falsitas, lis, & dissensio destruantur. *Nam* (vt Paulus ait) *omnis controuersiæ finis est iuramentum.* *Hebr. 6.*

Hoc autem præceptum spectat longius, quàm ad cohibenda iuramenta, quibus profanatur Dei nomen. Proposita enim vna specie, in vniuersum nos admonet, ne vnq̄ in medium à nobis pferatur Dei nomen, nisi cū timore ac reuerētia, & in eum finē, vt gloriosum appareat. Nā cum sit sacrosanctū, cauere debemus omnibus modis, ne aut ipsum contemptui habere videamur, aut alijs occasionē contemnendi præbeamus. Id autem ita fiet, si de Deo eiusque operibus nō aliter cogitemus aut loquamur, q̄ in eius honorē. Nomē verò Dei hic accipitur aut pro ipso Deo, vel pro Dei maiestate, potentia, sapientia, bonitate, in summa, pro eo, quod rectè Deo tribui potest,

Præceptum secundum latius patet.

Nomē Dei.

188.3.

25.1.

Iuxta

Quadrupliciter bene vtimur nomine Dei.

Iuxta hanc acceptionē nominis Dei vt quidam aiunt, nomine Dei triplici, aut quadruplici ratione bene vtimur: Primùm cōfitendo, cùm ipsum Deū coram toto mundo, Deū ac dominū nostrum confitemur, ab illius confessione neque blanditijs neq; tormentis dimoueri. De qua confessione dictum est: *Qui confessus fuerit coram hominibus, cōfitebor & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis.* Matth. 10. Secundò bene vsurpamus nomē Dei, cùm Deum in omnibus laudamus, precamurque tam in prosperis quàm aduersis gratias agimus. Quod genus frequentissimum est in Psalmis veluti: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Psal. 33. Item: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuiscī omnes retributiones eius: Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redemit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus.* Psal. 102. Ac alijs sexcentis locis. Hoc ius mirificum exemplū in Iob, qui cùm grauissimis omnibus calamitatibus premeretur, in hanc laudis ac gratiarum actionis vocem prorupit: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Iob. 1. & 2.

ſum. Tertiò vſurpamus nomẽ Dei rectè, cùm verbum eius ſyncerè prædicamus, at inuulgam⁹, & priuatim & publicè. Priuatim quidem, quum vbique nomen Dei magnificimus ac celebramus, & quãtum in nobis eſt, omnes homines in eiuſdẽ Dei noſtri celebrationem, & verbis, & operibus noſtris trahere ſtudemus. Rurſus cũ auerſamur, qui Deum noſtrũ vt par eſt, non reuerentur. Sic affectos fuiſſe omnes Sanctos videmus, quibus nihil vnquã moleſtius fuit, quàm videre aut audire aliquid agi in Dei conteptũ. Quemadmodũ videre eſt in Dauid, cum ait: *Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cũ dicitur mihi quotidie. Vbi eſt Deus tuus?* Publicè verò ab his prædicatur, quibus miniſterium verbi Dei commiſſum eſt, quibus dictum eſt: *Prædica verbum, inſta opportunè & importunè.* Quartò, rite vſurpamus nomen Dei, Deum in omnibus inuocãdo, ac ipſius auxilium poſtulando, ſiue vt actus noſtros in via mandatorum dirigat, ſiue vt à malis nos eripiat. Quod genus vbique etiam obuium eſt in Pſalmis, veluti cùm orat Dauid: *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moueantur veſtigia mea.* Item: *Inclina cor meum in teſtimonia tua.* Item: *Non in arcu meo ſperabo-*

3

Pſal. 41.

2. Tim. 4.

4

Pſal. 16.
Pſal. 118.
Pſal. 43.

rabo, & gladius meus nō ſaluabit me, ſed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio vultus tui. Hic certè verus eſt cultus ille Dei, quem à nobis ipſe requirit, quo nobiſipſis penitus diffidimꝰ, et ſolli omnium rerū & actionū noſtrarum exordia, progreſſus, & fines tribuimus. Rurſus, quo ab eo ſolo auxiliū in tribulationibus, expetimus. Quem cultum etiā Deus apud Pſaltem a nobis recipit hiſce verbis: *Inuoca me in die tribulationis, & eruā te, & honorificabis me.* Ad hæc rectè vtimur nomine Dei, cùm ludimus, pro veritatis confirmatione, cùm periclitatur, adhibemus: quod tamē genus ſub prioribus, maximè quòd in inuocando, laudando conſiſtit, continetur. Contra hoc præceptum primum blaſphemātes, cùm ſcilicet Deo attribuūt, quod nō eſt, aut negāt quod eſt. Quos vetus lex morti addicit. Secundō illicita vouēres, de peccato ſcilicet, aut contra conſilia Euāgelica. Quālis fuit promiſsio Herodis facta Herodiadi: & Iudæorū, qui vouerunt ſe non comeſturos, niſi prius occidiſſent Paulum. In talibus autem votis decretum mutandum eſt. Tertiò, qui vota & facta temere violant. Scriptum enim Leuitici tertio: *Quod ſemel, ex ſum eſt e labijs tuis obſeruabis, &*

Pſal 49.

Peccantes contra præceptum ſecundum.

1. Leuit. 24.

2. Mac. 6.

Act. 25.

3.

ſicut promiſiſti Deo tuo. Item Eccleſiaſtici quinto : *Si quid vouiſti Deo, non tardabis reddere, quia Dominus requiret illud,* Quartò, peierantes, id eſt, mẽdacium iuramento firmantes. Quintò, iurantes ſine neceſsitate, aut ſine reuerentia nominis Dei. Quod deteſtatur Sapiens Hebræus : *Iurationi* (inquit) *non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa. Vir multũ iurãs implebitur iniquitate, & de domo eius nõ diſcedet plaga.* Et alibi: *Loquela multum iurans horripilationem capiti ſtatuet, & irreuẽtia illius, obturatio aurium.* Præter hos quinque modos, quibus contra hoc præceptum peccatur, ſunt alij quatuor, qui facilè colligi poſſunt ex quatuor modis ſupradictis, quibus nomen Dei rectè vſurpari docuimus. Sed de præceptò ſecundo hactenus.

4. 5

Eccle. 23.

Ibidem.

TERTIVM PRÆceptum.

MEmento vt diem Sabbati ſanctifices : Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, Septimo autem die Sabbatum domini Dei tui eſt: Non facies

facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & filia tua: seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus DOMINVS *fecit cœlum, & terrã, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requieuit die septimo. Idcirco benedixit* DOMINVS *diei Sabbati, & sanctificauit illum.*

Sabbatum quid signi ficet.

vt huius præcepti manifestior sententia fiat, hæc scienda sunt. Hebræa sabbatum requiem sonat. Et quia septimus dies hebdomadę requiei peculiariter deputatus erat: idcirco idem dies apud Hebræos propriè Sabbatum dictum est, quemadmodum in Leuit. eo legimus: *Septimus dies erit vobis sanctus sabbatũ, & requides Domini.* Postea autem sabbati nomine, latius scilicet accepto vocabulo, tota hebdomas significari cœpta est. Sic Lucæ decimo octauo legimus: *Ieiuno bis in sabbato.* Vnde & numeratio dierum illa fit, prima sabbati, secunda sabbati, ter-

Leuit. 23.

sabba-

sabbati, &c.

In vniuersum autem duplex est sabbatum, externum & internū seu spirituale. Primum consistit in externa & corporali quiete. Secundum in mentis tranquillitate, erga Deum comparanda. Externum item duplex, ceremoniale & morale. Quod ad Ceremoniā attinet, non habet hoc præceptum eandem omnino rationē apud Christianos, quam apud Iudæos habebat. Siquidem quod Sabbatum certæ diei alligatum erat, ceremonia est, apud Christianos (vt constat) abrogata. Verùm quod ad morale legis pertinet nihil mutatum est. Id verò constat in eo situm esse, vt homo qui corpore constat & anima, aliquo saltem destinato tempore, & corpore & animo quiescat, totus laudi, contemplationi Dei intentus, vt corpus labore fatigatū, alterna requie non careat, & mens ipsa externis laboribus distracta, diuina legis meditatione, ac diuinorum beneficiorum recordatione reficiatur. Vnde consequens est, nedum apud Iudæos, sed & apud Christianos, iuris esse diuini, vt saltem aliquo destinato tēpore, ceremoniæ institutæ, ad audiendum verbum Dei, & ad excitandam fidem, & charitatē erga Deum, & ad vacandum precationibus

Sabbati diuisio.

Sabbatum morale in quo cōstat.

1 alijsque spiritualibus sacrificijs, retine-
antur. Deinde sabbatum externum in
hoc datum est, vt esset certum signum
inter Deum, & homines Deum agno-
scentes. Quemadmodum in Exodo le-
gimus: *Videte* (inquit Dominus) *vt cu-*
stodiatis sabbatum meum, quia signum est
inter me & vos. Signum enim erat &
memoriale Iudæis, quo in primis ad-
monerentur illius ineffabilis operis
nempe creationis totius orbis, sex die-
rum opificio absoluti. Secundò sabba-
tum erat memoriale Iudæis, vt admo-
nerentur illius beneficentiæ, qua à de-
risissima captiuitate Pharaonis liberati
erant. Quod in Deuteronomio pone-
tur: *Memento* (inquit) *quòd ipse seruieris*
in Aegypto, & eduxerit te inde Dominus
Deus tuus in manu forti: idcirco præcepit
tibi, vt obseruares diem sabbati. Tertiò si-
gnificabat Iudæis sabbatum externum
requiem internã, & sabbatum spiritua-
le, vt scilicet hinc admonerentur à fi-
operibus requiescere, ac sinere vt ea
Dominus, nõ ipsi sese sanctificaret, de
quo Dominus apud Ezechielé Pro-
phetã ait: *Insuper et sabbata mea dedi eis*
vt esset signũ inter me & eos, & sciãt quia
ego Dominus sanctificans eos. Quamq;
interim Iudæorũ vulgus, quemadmo-
dum nunc, ita & olim, magis figu-

1 *Sabbatum externum cur datum Iudæis.*

Exodi.31.

2

3

Ezech.20.

rebus signatis inhæserit, quo factum est, vt scriptura testatur, Deum Iudęorum sabbata odisse cœpisse. Sic enim apud Esaiam est: *Neomeniam & sabbatum, & festiuitates vestras non ferã: iniqui sunt cœtus vestri, calendas vestras & solennitates vestras oduit anima mea, facta sunt mihi molesta.* Causam autẽ subiecit, quippe quòd Iudæi sabbato, non ad quietem animi, & mentis tranquillitatem erga Deum comparandam, sed tantùm ad externam quietẽ, quam superstitiosè obseruabant, abutérentur. Subdit enim: *Manus vestræ plenæ sunt sanguine. Lauamini, mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere.* Porro eadem propemodum, quæ sabbatum externum Iudęis significabat, nobis significat dies dominicus, nisi quòd nos loco liberationis Israël ex AEgypto (qui typus erat) admonemur, vt meminerimus nos per agni immaculati sanguinem, à fœdissima tyrannide Satanæ redemptos, ne per ingratitudinem reuoluamur in maiorem seruitutem. Deinde hic dies nos monet, vt quẽadmodum CHRISTVS nostri causa factus est obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis, vtque is superata

Esaiæ. 1.

Dies dominicus.

morte, ac operibus suæ dispensationis consummatis, requieuit in sepulchro: ita & nos mortificata carne, omnibusque carnalibus desiderijs consopitis, totos Deo submittamus, vt consepulti cum Christo per baptismum, vltra nō seruiamus peccato, sed exhibeamus membra nostra Deo seruire iustitiæ in sanctificatione. Eius nos admonet Ecclesia diebus dominicis aquā benectam aspergens. Præterea in processionibus signum crucifixi, & vexilla veteris trophea quædam resurgentis Domini ferre iubens, vt scilicet admoneamur eo die totos nos intentos esse oportere, vt per omnem vitā Christum crucifixum sequamur, carnem vnà cum vitijs, & concupiscentijs crucifigentes, vtque quemadmodum Christus resurrexit per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Ita ceremoniæ laudabiles sunt, si in eis per visibilia ad inuisibilia & spiritualia proficimus. Atque hinc etiā fit, vt præceptum de sabbato, quantum ad exteriorem ceremoniā attinet, charitati Dei & proximi cedere debeat. Quod & lex ipsa licet Iudæis obcæcatis id non videntibus, satis demonstrabat, quæ iubebat sacerdotes operari in tēplo. Quamobrē & Christus toties cæcitatē Iudæ-

Roman. 6.

248.21.

Aspersio aquæ die dominico.

Processiones.

Roman. 6.

da

damnat, qui externam ceremoniã sabbati, saluti hominis præponebant. Vt inter cætera, cùm interrogarent Iudæi: *An liceret sabbatis curare?* Respondit Iesus: *Quis ex vobis homo qui habeat ouẽ vnam, etsi ceciderit hæc sabbatis in foueam, nónne tenebit & leuabit eam? Quantò magis melior est homo oue?* Itaque, vt subijcit, licet sabbatis benefacere. Et statim ad Domini iussum, restituta est manus arida hominis qui illic erat, sanitati. Quanquam autẽ Christianis verè pijs, omnis dies dominicus habendus, ac in hunc modum spiritaliter sabbatizandum perpetuò. Propterea tamen sabbatum externum abrogatũ cẽseri nõ debet. Cùm enim inter Christianos plurimi adhuc sint imbecilles, qui ad eam sabbatizandi perfectionem nondum pertingunt, retinẽda erat hæc lex in Ecclesia, tanquam Pædagogus imperfectorum, in eam sensim perfectionem, quæ est in Christo Iesu, adducẽs. Quin non tantùm infirmis, sed & perfectioribus, ac iam tota mente Deo vacantibus, diebus festis ab omni opere externo cessandum est, tum ad conseruandam Ecclesię disciplinã, tum ob vitandũ scandalum, tũ deniq;, vt animus ab omnì corporea actione auocatus, ardẽtior in Dei cõtemplationem assurgat. *Matth. 12.*

Cæterum quies illa spiritalis inchoatur dumtaxat in hac vita, nec ante perfecta futura, donec è mundo migrem⁹. Sanctificant ergo rectè sabbatum æternum, qui humanis negotijs postpositis, toti in laudem Dei, & gratiarum actionē, diebus festis profusi sunt, verbum Dei, & officia diuina animo pio attentoque audientes, peccataque plangentes. Peccant cōtra hoc præceptum, qui aliquid operis externi exercent, nisi tamē magna necessitate excuset. Nā cùm semper Dei causa cæteris rebus longè anteponenda sit, et quotidie pietati studendum, quis nō videt scelus esse, nolle, vt vel diebus dominicis externa cedant rebus internis. Numeri quinto decimo legimus eum hominem, qui ligna collegerat in sabbato, oblatū Mosi, Aaron, & vniuersæ multitudini, iussu Domini lapidibus obrutum esse extra castra. In Exodo quoque narratur peccasse populum qui contra mandatum Domini abierat colligere manna in die sabbati. Quantò ergo magis putandū est, eos grauius peccare, qui diebus festis lucro studentes, negotiationibus toti incumbunt. Deinde impingūt in hoc præceptū, qui diebus festis spectaculis, ludis, aleæ, saltationib⁹ sunt intenti, qui comessationibus, ebrietat-

Qui peccāt cōtra præceptū tertium

1

Num.15.

Exod.16.

2

b

bus vacãt, qui colloquijs prauis, & cantilenis diẽ ſanctũ conſpurcãt, quos Carthaginenſe & Toletanum conciliũ excommunicandos decernunt. Præterea, 3
qui etſi in templum veniunt, et ceremoniã obſeruent, ſpiritu tamen ea ipſa, ob quæ conueniunt, non proficiũt. Quos Dominus apud Eſaiam deſignat: *Populus hic* (inquit) *labijs me honorat, cor autẽ eorum longè eſt à me*. Quin & apud Ieremiam, maledictus is pronunciatur, qui facit opus Dei negligenter, His verò grauius peccant, qui in templo res profanas ac turpes tractãt, ſine reuerentia Dei. Qui ne ſuum delictum leue eſſe putent, recolant Chriſtũ, facto de funiculis flagello, eieciſſe ementes & vendentes de tẽplo, ac dixiſſe: *Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem feciſtis illam ſpeluncam latronum*. In ſumma, peccãt cõtra hoc præceptũ, qui ſabbatũ internum prophanant, q̃ in dilectione Dei & proximi cõſiſtit. In feſto excuſantia opus, hæc eſſe perhibentur: Primò opus ordinatũ ad Dei cultũ: Secũdò, nobis aliiſve neceſſe, vt cũ param9 cibos, et mãducam9, ita medicinas cõficim9, ægrosq; curamus. Tertiò, operam̃ę, vt ſepelire mortuos, Quartò, res aliqua parua, vt modicũ q̃d opari. Quintò, grauis vitatio damni, vt verbi cauſa.

Eſaiæ. 29.

Ierem. 48. 102.15. 103.10.

4

Ioan. 2.

Matth. 21.

5

Excuſantia opus in feſto.

ingruentibus hostibus, aut tempestate, licet nobis metere segetes, vuas, &c. *Sabbatum enim* (ait Christus) *propter hominem, non homo propter sabbatum.*

QVARTVM PRÆceptum.

Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.

202.20.

Ratio ordinis.

Quoniam post Deum proximè obligamur parentibus. Primò, quia post Deum sunt nostræ generationis principium, & causa subsistentiæ. Secundò, propter dulcem ab eis educationem, & bonam institutionem. Idcirco post tria præcepta de honorando Deo, proximè subsequitur præceptum de honorandis parentibus, vt scilicet liberi cogantur ex diuino præcepto id præstare, ad quod naturalis pietas per se eos debuit compellere, ficut & naturali instinctu ciconia, infantiæ suæ vices rependens, parentes senio confectos alere, & alis suis subleuare dicitur.

Ciconiæ pietas.

Quatuor præcipiũtur in quarto præcepto.

Quatuor sunt quæ præcipiuntur hoc præcepto, amor, reuerentia, obedientia, quantum ad bonos mores, & re[g]
domesticam, subuentio in necessita[te]
sc[ilicet]

scilicet eos alere, consolari, pro eis orare. Quæ quidem prædicta non externo quodam apparatu, sed synceriter & ex intimo cordis affectu debent exhiberi propter Deum, quemadmodum diuus Paulus ait: *Filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim est iustum.* Neque est quod quispiam ab eo præcepto se auocari putet, propterea quòd Christus ait apud Lucam: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios & fratres, & sorores, ad hæc autem & animam suam, nò potest meus esse discipulus.* Ipse enim Christus docet quid velit in eo loco, & alijs similibus, vt interprete non sit opus. Sic enim inquit apud Matthæum: *Qui amat patrem aut matrē plusquam me, non est me dignus.* Amandus ergo pater, sed præponendus creator: debetur affectus parentibus, sed maius obsequium salutis debetur Deo authori. Ergo parentes relinquendi, si impediant deuotæ mentis affectum. Hoc autē præceptum quanquam de patre & matre sonat, intelligendi sunt tamen omnes qui nobis præsunt, quando eadē ipsorū est ratio, nēpe quia Dominus eos in superiorem honoris gradū extulerit. Hinc Paulus: *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilāt, quasi rationē de animā-*

Ephe. 6. Occupatio.

Luc. 14.

Matth. 10.

308. 31. *De quibus præter parētes intelligitur quartum præceptum.*

203. 10. *Heb. 13.*

mabus vestris redditurí. Itē: Rom.13. *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Nemini quicquā debeatis, nisi vt diligatis inuicē: nam qui diligit proximū, legem impleuit.* Idēq; admonet nos potestati subditos esse debere, non solū propter iram, sed etiā propter conscientiam, ne scilicet conscientia coram Deo rea fiat. Ex prædictis satis liquet quibus modis contra hoc præceptum peccatur. Nam in primis huius præcepti rei sunt, qui parentes non ex animo diligunt ac magni faciunt. Item, quos inopiæ & humilitatis paretum pudet, qui non prospiciunt eis victum & alia necessaria. Hi enim huius præcepti interpretationem contemnunt, quæ est apud Ecclesiasticum. *Qui timet Deum,* Eccle.5. 86.15. *honorat parentes, et quasi dominis seruit his qui se genuerūt, & opere, & sermone, & omni patientia.* Item: *Quàm male fœmæ est qui relinquit patrē.* Præterea grauius peccant qui parētes suos affligunt, irrident, execrantur, eis non obediunt: de quibus in Exodo: *Qui percusserit patrem* Exod.21. *suum, aut matrem, morte morietur.* Et in Leuitico: *Patri matriq; qui maledixerit,* Leuit.20. *sanguis eius sit super eum.* Et in Prouerbijs: *Qui affligit patrem, et fugit matrem* Prouer.19. *ignominiosus erit & infœlix.* Itē: Oculus

Qui peccāt cōtra quartum præceptum.

1

2

qui subsannat patrem, qui despicit partum matris suæ, suffodiant corui de torrētibus, & comedant eum filij aquilæ. Exemplo est Cham filius Noë, qui se, totamque posteritatē suam maledictioni inuoluit, quod patris sui turpitudinem non operuerit, sed deriserit. Tertio peccant in hoc præceptum, qui Ecclesiæ præsidibus iniurij & inobediētes sunt, quēadmodum Dathan, Core, Abiron, qui propter suam erga Moysen & Aaron inobedientiam, viui absorpti referuntur. In summa peccant in hoc præceptum, qui eos quorum curæ commissi sunt temerè aspernantur, aut debito honore non afficiunt. Porro præceptum hoc exequēti promittitur merces, nempe vitæ longitudo. Nec abs re, quod deceat vt ipsis vita prolongetur qui parentes colunt, huius vitæ post Deum authores. Paulus hoc præceptum ait primum esse in promissione, quia primū est, cui adiecta est promissio. Neq; sequitur econuerso, eum qui cito & ante iustam ætatem ex hoc mundo eripitur à Deo maledictum esse. Quin potius accidit interdum, vt quò quisq; magis diligitur à Deo, eo citius recipiatur ex hac vita, atq; ita recipiet mercedem in vita futura.

Prouer. 30.

3

Nume. 16.

Merces seruantibus præceptum.

Ephe. 6.

Proscatalipsis.

Sapient. 4.

Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius.

QVINTVM PRÆceptum.

Non occides.

Transitio. Post tria præcepta ad religionẽ cultumque Deo debitum ordinata, et post quartum de pietate exhibenda: deinceps vetantur nocumenta quæ proximo inferri possunt. Primò quidem in præcipuo eius bono, scilicet in persona propria. Expressè quidem corporalia homicidia & cædes, coniunctim etiam omnis mutilatio & læsio corporis: suppressè etiam sub vetatione effectus, etiã illius causæ vetantur, vt sunt maledicta, inimicitiæ, &c. Id quod Christus apud Matthæum docet, cùm ait:

Quæ prohibentur in quinto præcepto.

Matth. 5. *Audistis quia dictum est antiquis: Non occides, qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo temerè, reus erit iudicio. Qui autẽ dixerit fratri suo racha, reꝰ erit concilio. Qui aũt dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis.* Primus enim gradus ad lædendum est ita in animo concepta, quæ nihil aliud est, quàm vlciscẽdi cupiditas: secundus ira erumpens in vocem indignationis, quam Dominus appellat racha. Tertius dolor erumpens in manifestã con-

Gradus ad lædendum.

1

2

3

conuitium, vt cùm dicimus fatue. Planè ergo Christus docet, non tantũ homicidam esse apud Deum, qui vitam proximo eripuit, sed omnem illum qui proximum odit, hoc est, qui malè vult: tametsi iram in animo celauerit. Vnde Ioannes: *Qui odit fratrem suum, homicida est*. Damnatur ergo in vniuersum cor erga fratrem malè affectum, & priuatæ vindictæ cupiditas. Porro hoc præceptum non pertinet ad magistratus, qui publica iudicia exercent, & legitimis pœnis sontes afficiunt. Non enim ipsi sunt qui occidunt, sed lex Dei ferit, iubens vnum membrum tolli, ob totius corporis incolumitatem. Non enim iudex suo nomine, sed Dei vindicat, *nec frustra gladium portat* (vt Palus ait) *vindex in iram ei qui malè agit*. Et in Exodo ait Dominus: *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo auelles eum, vt moriatur.* Idem de bello sentiẽdum est cùm iustè suscipitur. Quod tum fit cùm non voluntariè sed coactè suscipitur, cum nulla alia spe pacis ac iustitiæ tuendæ, non priuata, sed publica authoritate. Deinde cum ex iusta causa indicitur, ve luti sunt: pacis publicæ tuitio, patriæ defensio, & in primis seditionis cõpressio. Ad hũc modum Dauid alios q;

1. Ioan. 3. 11. 11.

Proscatalipsis de magistratu.

Rom. 13.
Exod. 21.

Bellum.

2. Regũ. 15. viros pios pugnasse legimus, vt vltrix causa, Absolon cùm seditionem mouisset, necessitas bellum suasit: quod postea commissum est. Vnde & Ioannes, cùm milites accessissent, eumq; rogarent quid illis agendum sit. *Neminem* (inquit) *concutiatis, sed contenti estote stipendijs vestris.* Contra præceptum hoc peccant, primò qui ira ac odio in proximum deflagrant. *Nã omnis qui odit fratrem suũ, homicida est*, ait Ioannes. Et in Leuitico præcipitur ne odio habeamus fratrẽ in corde nostro, sed vt publicè arguamus eum, ne habeamus super illo peccatum. Secundò qui cõtumelia proximum afficiunt, qui famam eius proscindunt. Calumniator & criminator pro gladio lingua vtuntur, sicut scriptum est: *Linguam maledicã esse malum plenum veneno mortifero*, quam & Psalmistes nouaculæ acutę confert. Tertiò qui cùm possint seruare proximũ non seruant, aut qui facultatibus proprijs eum iuuant. Vnde illud vulgare Ambrosij: Pasce fame morientem. Quisquis enim hominem pascendo seruare potens, non paueris, fame occidisti. Et apud Ecclesiasticũ. *Panis egentium vita pauperis est, & qui defraudauerit eum, vir sanguinum est.* Eodẽ reatu obstringitur qui iustitiam captiuos nõ redimit, aut cum po-

Luc. 3. Contra præceptũ quintum peccãt. 1 1. Ioan. 3. Leuiti. 19. 2 Iacob. 3. Psal. 63. 3 Eccles. 34.

potest à fratre iniuriam non repellit.
Quartò qui homicidium committũt, 4
qui vel imperio, vel consilio, vel impul-
su, vel dissimulatione in mortem ho-
minis consenserunt, qui alios in mu-
tuum dissidium alliciunt, discordiam
excitant. Sic Dauid occidit Vriam, sic
Iesabel Naboth, Herodias Ioannẽ Ba-
ptistam. Quintò, qui manu ipsa cædem 5
perficiunt, quos lex morti absque vlla
misericordia addicit: *Qui percusserit* (in- Exod. 21.
quiens) *hominem, volens eũ occidere, mor-*
te, moriatur. Item: *Si quis per industriam*
occiderit proximum suum, & per insidias,
ab altari auelles eum, vt morte moriatur.
Sextò peccant in hoc præceptum Iudi- 6
ces, qui sontem damnant, non vt suo
officio, sed affectibus satisfaciant, obli-
ti eius quod Iosaphat Iudicibus præce 2. Para. 16.
pit. *Non hominis exercebis iudicium, sed*
Domini, & quodcunque iudicaueritis, in
vos redundabit: Sit timor Domini vobis-
cum, & cum diligentia cuncta facite. Po-
stremò non dubium eo, eos contra hoc
præceptum peccare, qui sibi mortẽ con
sciuerunt. Lex enim generalis est, quæ
simpliciter prohibet ne occidam⁹, quod
tamen de his intelligi volunt, qui
vel desperatione gratiæ Dei, vel im-
patientia vitam abrumpunt. Nam Mẽte capti.
aliud est iudicium de his qui amentia
labo-

laborantes, sibi manus adferunt. Omne enim iudicium mentis morbus hic adimit. Finitimi sunt seipsos enecantibus, qui crapula aut ebrietate se obruunt ac enecant. Nam Sapientis verbum est, *In multis escis non deerit infirmitas.* Item, *Propter crapulam multi perierunt, qui continens est, adijciet vitam.* Denique huius præcepti vim non præstant, qui scandalo sunt alijs, hoc est, præbent occasionem ruinæ, vel peccati, aut qui delinquentes nō obiurgant, vel non puniunt.

Eccle. 37.

SEXTVM PRÆCEPTUM.

Non mœchaberis.

Ratio ordinis.

Præcedenti præcepto vetamur facere iniuriam proximo in persona eius. Quoniam verò vxor existimatur vna persona cum marito suo, proinde hoc præceptum rectè subiungitur præcedenti, quo prohibetur iniuria proximo in persona vxoris eius. Mœchia enim adulterium est. Præceptum hoc Christus interpretatur apud Matthæum docens eo submoueri non tantum exterum adulterium, sed omnem penitus adulterij causam ac radicem, atq; adeo omnes affectus qui huc tendunt.

Interpretatio præcepti à Christo data.

distis (inquit) *quid dictum est antiquis: Nō mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Coniunctim hoc præcepto prohibetur omnis actus venereus, seu omnis extra legitimi matrimonij copulam ilicitus concubitus, omnisq; naturalium membrorum innaturalis vsus. Hinc in Deuteronomio dicitur: *Non erit meretrix de filiabus Israël.* Paulus item fornicationem nō in vno loco detestatur ac prohibet. *Hæc est* (inquit) *volūtas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione.* Rursus, *Fugite Fornicationē.* Et alibi. *Fornicatio autē et omnis immunditia, ne nominetur in vobis.* Itē: *Neq; fornicemur, sicut quidā ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti quatuor millia. Hæc enim omnia in figura contingebant illis, scripta autem sunt ad correptionē nostram, in quos seculorum fines deuenerunt.* Nec dubitat tantus Apostolus scortatores regno cœlesti excludere, cū inquit: *Neque scortatores, neque adulteri, neq; molles, &c. regnum Dei possidebunt.* Matth. 5. Deuter. 23. 1. Cor. 6. Ephe 5. 24 6. 10. 2. Cor. 10. Num. 25. 1. Cor. 6.

Qui contra hoc præceptum peccent, notum ex antedictis.

PRAE-

PRÆCEPTVM SEPTIMVM.

Ratio ordinis.

Postquam superius vetitum esset in personam proximi inferre iniuriã, hic deinceps vetamur eidem in bonis illius quomodocunque nocere. Furti enim nomine hic accipitur omnis vsurpatio atq; vsus rei alienæ inuito domino, breuiterque omne damnum quod proximo in bonis temporalibus inferri potest. Nam qui furtum vetuit, rapinam non permisit. Cæterum quod in Exodo legitur: *Dominum per Mosen Hebræis mandasse, vt acciperent ab Aegyptijs vasa aurea, argentea, & vestes pretiosas, & spoliarent Aegyptum,* nihil habet cũ hoc præcepto commune. Nec illi Deo obtemperãtes furtũ cõmiserunt, sed Dei iubente impleuerunt mysterium. Mandatum Dei erat, cuius est terra & plenitudo eius. De quo iudicandum non fuerat, sed obedientia tantũ præstanda.

Quid vetat præceptum.

Occupatio. Exod. 11.

Peccata contra hoc præceptum, furtum, rapina, detentio alieni, damnum illatum, vsura, fraus in emptione, aut alijs contractibus, de quibus dictum est vbi de peccatis egimus. Ad restitutionem qui coguntur. Fur, actórve malæ sortem, id est, principale ablatum, damnumque refundat. Iussio, consiliũ, co-

Peccata cõtra præceptum septimum.

Qui coguntur ad restitutionem.

sensũ

sensus, lausque recursus. Participans, mutus, id est, qui tacet potens & debens impedire, non obstans, non manifestans.

OCTAVVM PRÆCEPTVM.

Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.

Sensus octaui præcepti.

Vetatur hoc præcepto omne nocumentũ quod verbis inferri potest proximo, quasi diceret: Siue ad referẽdum testimonium vocatus, siue extra iudicium, in vulgari & communi locutione, nullum verbis tuis incommodũ inferes proximo. Peccant contra hoc præceptum. Primò, qui in iudicio falsum testimonium contra proximum perhibẽt. Quos scriptura pœnã à Deo certò expectare asserit. Nã in prouerbijs scribitur: *Testis falsus nõ erit impunitus*. Peccati huius grauitas exẽplis declaratur. Nã testes qui falsum testimoniũ perhibuerunt cõtra Susannam, occisi sunt. Iudęi, qui Christũ falsis innixi testimonijs accusarunt, maiorẽ culpam quàm Pilatus habuisse asseruntur à Christo. Deinde q. proximo, qualibet detractione iniu-

Cõtra octauum præceptum peccantes.

Prouer. 19. 1

Daniel. 13.

Ioan. 19. 2

iniuriantur, vt famæ & opinioni eius notam inurant, quod scriptura damnat. *Detrahentem* (inquit Psaltes) *secreto proximo suo, hunc persequebar.* Et in proPsal.100. uerbijs: *Abominatio hominum detractor.* Prouer.24 Et Iacobus: *Nolite* (inquit) *detrahere alterutrum fratres mei.* Detractoribus verò non multò meliores sunt, qui detrahentibus aures accommodant. Vnde Sapiens cõmonet. *Sepi aures tuas spinis, & linguã nequam noli audire.* Nec dubium est detractorem à maledicentia sua sibi temperaturum, si audire alij recusauerint. Nam vt scriptura testatur, *Facies tristis dissipat linguam detrahentem.* Quod si fortè fortuna detractoris conuitia in proximũ audiamus, Sapientis consilium consequendũ est. *Audisti verbum aduersum proximum tuũ? commoriatur in te, fidens quoniam te non dirumpet.* Præterea peccant in hoc præceptum susurrones, qui conturbant amicos: *Non eris* (inquit lex) *criminator & susurro in populis.* Itẽ simulãtes, qui vna manu pacem, altera lapidem, vt dicitur tenẽt. Hos (inquit scriptura) *bilinguæ detester.* Item *Est qui nequiter humiliat se, & interius eius plena sunt dolo.* Pari reatu tenentur adulatores, qui ad potentiorũ gratiam captandã, eorũ dicta ac facta, etiã si mala sint, prædicant. De quibus Salomon

Detractoribus aures accommodantes.

Eccles.28.

Prouer.25.

Eccles.19.

3 Leuit.19.

Prouerb.8.

92.15.

Eccle.7.

Mel

Melius est à sapiente corripi, quã stultorum adulatione decipi. His & Esaias minatur: *Væ qui dicitis malum bonũ, & bonum malum*. Peccant insuper in hoc præceptum, qui proximi vitam, verba, aut facta malè interpretantur, aut in odium adducunt, ait enim Christus: *Nolite iudicare, & non iudicabimini*. Quibus verbis illa quæ dubium est quo animo fiant, in bonam partẽ interpretari iubet Christus, vt ante dictũ est, cùm de peccatis egimus. At quæret aliquis. Num peccabimus, si crimen fratris publicè factum, publicè etiam detestabimur? Is sibi hoc respõsum habeat, nequaquam id prohiberi. Nam Dominus ait: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Quod de manifestis vitijs dictum est. Sed hic ad tria respiciendum est. Primùm, vt non aggrauemus crimen, sed nostræ quoq; infirmitatis memores, cum odio criminis charitatem proximi retineamus. Vnde Paulus inquit: *Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusce modi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris*. Non ineptè monet Bernardus: Si potes, inquit, excusa actionem: si non, excusa intentionem, si nec intẽtionem, excusa tentationẽ. Nam hoc vt facias charitas postulat, quæ operit multitudinem

Esai.5.

Matth.7.

Solutio quæstionis.

Matth.7.

1

Galat.5. 214.6.

1. *Petri.4.* 372.6.

2 nem peccatorum. Secundò, ne non ſe
loco & tempore, cùm ſcilicet iudicãdo
profuturi non ſumus, iudicemus. Nam
qui aliter iudicat, à charitate excidit, et
malum non corrigit, adeò & vt deteri-
Eccleſi. 31. us faciat. Vnde Sapiens: *In conuiuijs ve-*
Ibidem 16. *ni non arguas proximum tuum.* Quòd ſi
licet planè intempeſtiuũ ſit inter pocu
la corripere, vbi peccantẽ non ad pœni
tentiã, ſed ad furorẽ citius concitaue-
ris, & cõpotores nõ ad miſericordiam
ſed ad cotemptũ. Tertiò, ſi priuatim in
3 nos peccatum fuerit, modus iudicandi
Matth. 18. à Chriſto præſcriptus ſeruandus eſt: ſi
362. 15. (inquit) *peccauerit in te frater tuus, vade*
corripe eum inter te & ipſum ſolum: ſi te
non audierit, adhibe tecũ vnum vel duos
vt in ore duorum vel trium teſtiũ ſtet om
ne verbum. Quòd ſi non audierit, dic Eccle
ſiæ: ſin autem Eccleſiam non audierit, ſit
tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. De ea
vide locũ, in quo de ſuperbia egimus.

Mẽdacium triplex. Hoc præceptũ exponentes faciũt quo-
dam mendacium triplex: officioſum,
Officioſum coſum, & pernicioſum. Officioſum
eſſe dicunt, quod nulli nocet, & alic
prodeſt. Hoc illi non ducunt eſſe cap
tale, nõ audẽt tñ pronunciare, omn
nõ eſſe peccatum. Quinetiã peccatu
eſſe definiunt, ſed excuſabilius, ac ve
Iocoſum. le. Iocoſum mẽdacium eſt, quod vt

mini obest, ita & nemini prodest, oblectandi causa dictum. Quod etsi capitale non sit, minus tamen licet id mentiri, quàm illud officiosum, futurum etiam capitale, si assiduitate grauetur, quod satis testatur locus ille in Ecclesiastico: *Noli mentiri omne mendacium, assiduitas enim illius mala est*. Nec mirum, quòd de omni verbo ocioso reddendā esse rationē in die iudicij Christus affirmauit. Nec tamē propterea putandum est præcipi, ne etiā docendi causa adhibeātur docti apologi, aut parabolæ, pietatem annexam habentes, modo sciat auditor, quorsum verba quæ audierit, dicta sint. At qui loquacitatis vitio, vel delectatione mēdacij (qua se facetos putant) mentiuntur: idq; ad eum modum, vt vel hinc variè placeant, vel vt audientes, vana credulitate imbuant ac fallāt. Hi quomodo excusentur, non liquet doctis quibusdā. Augustinus ait: Si ad scripturas sacras admista fuerint mēdacia, nihil remanet in eis soliditatis. Pernicioſum mendaciū seu malignum, id iure censetur, quod nulli prodest, & alijs obest, quod est contra bonos mores, ac fidē, quod eo fine dicitur, vt proximo, vel vitæ, vel famæ, vel bonorum externorum iacturam afferat, quod omnino damnabile est.

Eccles. 7.

Matth. 12.

August ad Hieron.

Pernicioſum.

PRAE-

PRÆCEPTVM nonum.

Nec concupiſces domum proximi tui.

DECIMVM PRÆceptum.

Nec deſiderabis vxorem proximi tui, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt.

Præceptum nonum potuiſſet com-
prehendi ſub ſexto, decimum item ſub
ſeptimo. Tamen ne quis exiſtimaret
ſolam vxoris alienæ concupiſcentiam
peccatum non eſſe, niſi exterius ma-
348.30. ctum carnalem proruperit (ſicuti Pau-
Roman.7. lus dicebat in perſona vulgi: *Peccatum*
144.10. *non cognoui, niſi per legem: Nam con-*
225.11. *piſcentiam non cognoui, niſi lex dice-*
Non concupiſces) eam ob rem lege diui-
(vbi vel de intimis cordis cogitatio-
bus iudicatur) violanda vxoris ali-
næ deliberata volũtas) quæ etiam

pter aliquod internum impedimentū in opus exterius non exit) hic vetatur expreſsè: implicitè etiam omnes illiciti affectus carnales, omnisque libidinoſus conſenſus in delectationem luxu- *Venus.*
riæ, cuiuſmodi ſunt impudici riſus, tactus, & oſcula, laſciuus ſermo, & in cogitatione venereorum delectatio. Ob eam cauſam & decimum præceptum ſeorſim à ſeptimo, ſub quo comprehendi poterat, diſtinguitur: ne ſcilicet putaretur cupiditatem, cùm ſit cōſenſus, non exierit in actum, peccatum nō eſſe. Qualis fuiſſe perhibetur Ioſephus, *Diuitiæ.*
qui Polybium hominem ethnicum reprehendit, quòd ille Antiochum illuſtrem miſerè perijſſe teſtetur, ob id tantùm q; voluerit ac deſtinarit ſpoliare templum Dianæ. Quod Ioſephus abſurdè dictū putat, definiens malè, ſano quidem iudicio, eum nullatenus egiſſe peccatum, nulloq; reatu teneri qui tantū peccare cogitaſſet. Proinde expreſsè 219.14.
vetatur efficax voluntas furandi, aut iniuſtè vſurpandi alienum, ſi adeſſet oportunitas. Quamuis autem in cæteris quoq; efficax voluntas (prępedita tamē ne in opus exeat) de ſe mala ſit, veluti eſt voluntas nō ſeruiēdi Deo, peierādi, nō ſanctificādi ſabbatū, non honorādi parentes, occidendi quempiā, et falſum

testimonium dicendi: tamen quia hæc potius habent in se quid horrible, venerea autem voluptas habet in se quid delectationis, & diuitiæ quid vtilitatis, vnde hæc duo propter se appeti possunt. His accedit quòd natura humana ad istas duas concupiscentias est valde prona, idcirco op⁹ erat vt in his, ad quæ veluti bona quædam corporis declinamur ac veluti rapimur, non tantùm factum, sed & affectus prohiberentur.

Quomodo peccatur cõtra nonum præceptum.

Contra nonum præceptum sic peccatur, & partem vltimam decimi.

Si possem raperẽ, procuro dãna propinqui.
Ludo lucri causa, malè quærere multa pe-
opto.

Contra decimum.

Contra primã partẽ decimi de nõ concupiscenda vxore alterius, sic peccatur.

Alterius violare thorũ qui mente parat,
Qui vetitos visus, tactus, & basia figit.
Qui loquitur lasciua, suasq; iis arrigit aures,
Nec carnẽ reprimit, sed turpia mẽte volu-
Cõptus et incedit turpi pellect⁹ amore. (tat.
Quiq; modis alijs turpes molitur amores.

Hactenus de interpretatione decalogi pro ratione cõpendij dictũ esto. Cum

Epitome decalogi. Matth. 22.

est Epitome apud Matthæũ: *Primũ præceptũ & maximũ* (ait Christus) *Diliges Dñm Deũ tuũ, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, et ex tota mẽte tua.* Secundo aũt simile huic: *Et proximũ tuũ sicut*

ipsum

ipsum. In his duobus mãdatis tota lex pendet & Prophetæ, ita Christus. Vnde & Paulus: *Cõsummatio*, ait, *legis est dilectio*. Quid aũt sit diligere Deũ ex toto corde, ex tota anima dictũ est in explanatione primi præcepti. Proximus aũt est omnis, cui impendere misericordiã, seu bonũ aliquod possumus, & debemus sicut ipse nobis vicissim. Nomen enim proximi ad aliquid est. Nec quisquam proximus esse, nisi proximo potest. Verũ nemini denegandũ esse misericordiæ officiũ, Christus ipse parabolicè ostendit apud Lucã, de Samaritano, qui exhibuit misericordiã Iudæo ei multũ alieno natione, professione, & conditione. Ideoque concludit illũ huic fuisse verè proximũ. Et sic omnis homo omni homini proximus est, tã ob cõsimilis humanæ naturæ communionẽ, quàm ob eiusdem beatitudinis, ad quam vocantur, participationem. Addit autem modum diligendi proximi, dicens: *Sicut teipsum*: prius tamẽ teipsum, deinde proximum. Ordinatam enim oportet esse charitatẽ. Ordinata autem charitas incipit à seipsa. Qualis aũt charitas esse debeat, docet Ioannes in Epistola: *Filioli mei non diligamus verbo neq; lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quod ex veritate sumus, & in conspectu eius*

Roma.13.

97.27. Proximus.

Luc.10.

1.Ioan.3.

213.17. Beda.

ſuadebimus corda noſtra, hoc eſt tales cogitationes corda noſtra habere ſuadebimus, quæ diuinis ſunt dignæ conſpectibus.

ADVENTVS Chriſti.

Qui quidem mediator, &c.

Cauſæ dilationis aduẽtus Chriſti.

CAuſæ dilationis aduentus Chriſti ponũtur. Prima quod ſic Deus apud ſe conſtituerat, de qua re Auguſtinus lib. 1. de prædeſtinatione ſanctorũ, capite nono. Altera reddẽs cauſam prioris, cur ſcilicet poſt multa ſecula Chriſtus venerit. Quia volebat non ante venire, donec diabolus mẽſuram omnem malitiæ impleret, quam Chriſtus ſanaturꝰ eſſet. De eo ita Theophylactus ſuper Lucam. Sicut (inquit) medici ſimiliter in ſæui morbi vlceribus colligi humorem, & deinde remedia apponunt: ita & peccatũ oportebat omnes ſuas ſpecies indicare, & deinde magnum medicũ imponere pharmaca: & propterea

1
2
Auguſt.

Theoph. ſuper. 14. Lucæ.

133. 18. Chriſtus expectauit, donec diaboli malitiæ menſuram impleret, & tũc demum incarnatus eſt, & omne genus malitiæ per ſanctam vitam ſuam ſanauit. Ita ille. Addunt alij alias cauſas, ſed cõueniebat deſiderari & magnis &

Andreas Vega in Cõcilium Tridentinum.

bris gemitibus & suspirijs postulari rē tantam, ne vile esset tam grande beneficium, & grauitatem peccati mortalis, & miseriæ in qua eramus, oportebat nos prius nosse, vt deinceps cautiores essemus, & diuinæ in nos benignitatis gratiores deducenda etiam erat natura nostra de imperfecto ad perfectum. Et quantò maior iudex, & præcellentior medicus veniebat, tantò eum longior præconum series præcederet, par erat.

Vbi autem aduenit plenitudo temporis, &c.

Imitatio Pauli ad Galatas quarto, *Vbi venit*, inquit, *plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere.* Dicitur autem à Paulo, tempus aduentus Christi, tempus plenitudinis. Quia in eo impleta omnia & consummata. Vnde & Augustinus illa verba Pauli: Quotquot enim promissiones DEI sunt, in illo sunt: sic exponit, id est, in illo sunt exhitæ. Iure igitur tempus plenitudinis hoc tempus dicitur: impletæ siquidem in eo prophetiæ, promissiones, figuræ aduentus, vitæ & passionis Christi, impleta & in hoc tempore Ecclesia Deo ipso, qui corporaliter inhabitare cœpit in ipsa, nunquam illam vsque ad finem mundi desertus. Mul-

Aduentus Christi plenitudo temporis.

220.10.

2. *Cor.* 1.

tis patribus promissus: de hac promissione ante dictum est.

Pœnas q3 peccato hominis debitas, &c.

1 Causæ aduentus Christi. Esaiæ. 53.

Tres causæ præcipuè ponuntur aduentus Christi, vna vt pœnas debitas peccato hominis, in cruce persoluerat ceu verus agnus. De eo ita Esaias: *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum: ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus, &c.*

Ioan. 2. 1. Ioan. 2.

Et Ioannes: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Et: *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, et non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi.* Mundus autem comprehendit ętatum omnium homines. Et Paulus: *Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.* Vbi dicit *peccatum fecit*, intelligit victimam peccati nostri expiatricem. Secũda causa aduentus Christi, vt nos filios iræ natura existentes, vt Paulus loquitur, reconciliaret Deo patri, de quo Paulus:

2

Ephe. 2. 2. Cor. 5.

Facta sunt omnia noua. Omnia aũt ex Deo qui nos reconciliauit sibi per Christum, &

dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam Deus quidē erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputās illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbū reconciliationis. Tertia causa liberatio à tyrannide diaboli, de qua ante dictū est, de qua re Paulus: *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdē, vt per mortem destrueret eū, qui habebat mortis imperium,* id est, diabolum, *& liberaret eos qui timore mortis per totā vitam obnoxij erant seruituti.* Adduntur aliæ causæ inter cæteras, illa vna, vt esset Christus exemplū piè & honestè viuendi in hoc seculo fidelibus: homines enim malunt exempla quàm verba, vt ait Lactantius. Vnde Christus loquitur: *Exemplum dedi, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.* Et alibi: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Quamuis autem sapientiæ & potentiæ diuinæ non defuere alij modi, quibus miseriæ nostræ subueniri potuit, tamen vt Augustinus disserit, nullus modus fuit nostræ miseriæ sanandæ conguentior. Nullo enim alio modo potuerunt nobis magis patere viscera misericordię Dei in nos, nullo magis nobilitari natura nostra, nullo magis allici ad Dei & proximorum amorem, nullo melius & plenius

3 *Hebræ. 2.*

42.32.

Lact. c. 23. libr. 4.

Ioan. 13.

323.29.

Cur Christus eo modo liberauerit genus humanum.

August. 13. de Trinit.

omnium virtutum exempla docerí, nullo potentius & ſapientius ab omni miſeria noſtra, & à poteſtate dæmonis liberari.

Id quod futurum hoſtijs illis, &c.

Hebræ.10. De eo ita Paulus in Hebræos: *Vmbram enim habẽs lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtijs, quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedẽtes perfectos facere, alioqui ceſſaſſent offerri, ideo quòd nullam haberent vltra conſcientiam peccati, cultores ſemel mundati, ſed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit. Impoſsibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* Hæc ille, & plura hiſce de rebus.

Vt ſine timore, &c.

Finis reconciliationis humanæ cum Deo.

176.11.

Luc.1.

Titum.2.

Finis reconciliationis cum Deo, & liberationis à peccato, & tyrannide diaboli per Chriſti paſsionẽ deſcribitur, is ſcilicet, vt fideles liberati de manu inimicorũ ſine timore ſeruirẽt Deo in ſanctitate & iuſtitia omnibus diebus ſuis, ſicut ait Zacharias apud Lucã, vt iuſtificati aſſequerentur vitã eternã, qua exciderãt amiſſa originali iuſtitia, de qua antè dictum eſt, de qua re di-

Pau-

Paulus in multis locis vt ad Titum: *Apparuit* (inquit) *gratia Dei saluatoris nostri, erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & secularia desideria, sobriè & iustè & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.* Et alibi: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscẽtijs eius. Sed neq; exhibeatis arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes, et membra vestra arma iustitiæ Deo.* Roma. 6. 248. 31.

IVSTIFICATIO.

Vt quod iustitia illa prima amissa, &c.

Post amissam originalẽ iustitiã qui regnũ cœlorum habituri sunt.

DOcetur post amissam originalem iustitiam, non habituros vitam æternam, nisi iustificatos. Cæterũ quæ sit originalis iustitia, dictum est, vbi egimus de peccato originali. Quæ autem sint causæ iustificationis, ostenditur ex tertio capit. Pauli epistolæ ad Romanos. Prima quidem causa est misericor-

Causæ iustificationis.

de quibus plura inferius.

ricordia Dei, *qui*, (vt ait Ioannes) *prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris*. Qui quidem Christus, dicēte Paulo, cùm adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est. Atque ita (vt Paulus ait) *iustificati gratis*, non scilicet propter cuiusquam bona opera. *Fuimus enim immūdi omnes* (vt Esaias loquitur) *& iustitiæ nostræ vniuersæ quasi pannus menstruatæ*, vtpote non lotæ sanguine Christi Iesu. *Qui*, referēte Paulo, *factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio & redemptio*. Secunda causa iustificationis efficiens, quæ obsequens dicitur à Paulo posita, passio Christi Iesu. Qui (vt Ioannes ait) *dilexit eos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo*. Non quòd omnes sacerdotum potestate sint prædīti, vt sacramenta conficere possent, quemadmodū veri sacerdotes: sed quia sacrificium laudis quotidie Deo Christianos oportet offerre, & iuxta Pauli sententiam, corpora sua hostiam viuam, sanctam, Deo placentem. Tertia causa est instrumentalis, qua quasi instrumento quodam applicamus nobis Christi passionem, per quam cùm inimici essemus reconciliati sumus Deo, vt Paulus docet. Ter-

1

1. *Ioan.* 4.
Roma. 5.

Esa. 64.

1. *Cor.* 1.

Secunda causa.

Apocal. 1.

Proscatalipsis.

Roma. 12.

Tertia causa.

terum vt planius hæc pernoscantur, di cendum est quid sit iustificatio. Iustificatio deducitur à verbo iustifico, quod componitur ex nomine iustus, & facio, vnde iustificare significat iustum facere, sicut sanctificare, sanctum facere. Et iustificari passiuè, id est, iustum fieri, sicut sanctificari, sanctum fieri. Itaq; iustificatio nihil aliud est quàm iusti effectio. Porro iustifico & iustificor tres significationes habere in literis sacris inueniũtur, quas & iustificationem habere oportet. Primò iustificare idem est quod aliquem iustum ostendere, & innoxium pronunciare, in qua significatione frequẽter accipitur à iurisconsultis. Eius significationis est exemplum apud Esaiam: *Væ qui iustificatis impium pro muneribus*, hoc est, iustum pronunciatis, & à criminibus absoluitis. Et apud Iob: *Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me*. Et apud Matthæum inquit Seruator: *Ex verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis*. Vbi significatur vnumquemque iuxta verba sua pronunciandum, vel iustum vel reum. Secundo, iustificare accipitur, pro eo quod est verè, & re ipsa facere iustum, sicut rectificare, pro eo quod est rectum facere. Iuxta quam signifi-

Roma. 3.

Iustificationis Etymo.

Iustifico & iustificor quot modis accipiuntur in literis sacris.

1

Esaiæ. 8.

Iob. 9.

2

cationem Deus dicitur iustificare peccatores, quod illos iustos faciat. Et peccatores dicuntur iustificari cùm iusti fiunt. In hac significatione vt plurimùm vtuntur doctores verbo iustificandi, cùm agunt de iustificatione. Et eo modo vtitur Paul. hoc verbo, cùm de Deo dicit: *Quos prædestinauit, hos & vocauit:* Roma. 8. *& quos vocauit, hos et iustificauit.* Et paulò post. *Quis accusabit aduersus electos* 1. Cor. 6. *Dei? Deus qui iustificat.* Et cùm dixit Corinthijs, eos esse iustificatos in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri, profectò tantundem dicere voluit, ac si dixisset eos effectos esse iustos, & per Christum, & per spiritum sanctum. Tertiò modo accipitur iustificari in sacris literis, pro proficere seu crescere in iustitia, & sic Ioannes accipit in Apocalypsi: *Qui iustus est, iustificetur adhuc, & qui sanctus est, sanctificetur adhuc.* Quid aliud est, iustificetur adhuc, quàm fiat iustior, fiat sanctior, etiam postquam iustificatus est, det operam vt promoueat in sanctitate & iustitia? Et alibi scriptum est: *Ne verearis vsque ad mortem iustificari,* id est, iustis operibus studere. Definitio ergo iustificationis cõplectens has tres exceptiones verbi iustifico, talis esse potest: Iustificatio est actio qua Deus vt

3

Apoca. 22.

Eccle. 18.

255. 27.

aliquis alius pronunciat aliquem seu facit iustum, vel iustiorem. Passiuè verò: Iustificatio est passio, qua aliquis pronunciatur, aut fit iustus, vel melior. Iuxta autem has posteriores acceptiones verbi iustifico, Theologi ponunt duplicem iustificationem. Prima, qua ex impio fit iustus, quod fit in momento, absque vllis operũ meritis, imo absque vllo nostro præcedẽte opere. Quòd verò dicitur, præcedente, sanè intelligendum est. Nam vnà cum huiusmodi iustificatione, motus necesse est accedat liberi arbitrij in Iesum credentis, & veteris vitæ pœnitentis, in eũ quidem motum diuinitus attracti atque pulsati. De hac iustificatione, intelligendus est Paulus, quoties hominem sine operibus, & iustificari asserit & saluari: quam nulla nostra opera mereri, nemo neque veterum, neque recentiorum Theologorum negauit. Et de hac loquitur ad Romanos Apostolus, ostendens nulla opera siue naturæ, siue legis, iustificationem impij meruisse, adeoque & Gentiles & Iudæos, quantum ad eam rẽ attinet, pares esse, illosque de lege, istos de naturalibus frustra gloriari. Est ergo iustificatio quædã & salus inchoata, quum ab infidelitate & peccato ad gratiã resurgit homo, quam

Vniuersalis descriptio iustificationis.

Iustificatio duplex.

238.4.

Pauli sentẽtia de iustificatione 228.28.

Locus Epistolæ ad Romanos.

nullis operibus ſuis meretur, ſed non ſine tamen bono opere ac motu voluntatis, qui illi gratis à Deo infunditur.

Altera iuſtificatio. Altera iuſtificatio, qua iam accepta fide in iuſtitia proficimus, & eam perfidem gratis iuſtificati, rurſum iuſtificamur, id eſt, amplius iuſti efficimur, vt in tertia acceptione verbi iuſtifico dictum

229. eſt. Ad hanc iuſtificationem exiguntur opera, per quæ ſecundo modo iuſtificamur, non ex dignitate operum noſtrorum in ſe, ſed ex illis cũ fide & Dei

Opera.

Perlegendæ ſunt hæ tres paginæ ad pleniorem intellectũ.

gratia coniunctis, per quæ ex Dei bonignitate, ita nobiſcum paciſcẽtis, etiam & ſalutem mereri dicimur. Vnde plenæ ſunt literæ ſacræ, bene operantibus præmercede, ſalutẽ reddi ac vitã æternam. Vt inter cætera apud Matthæũ loquitur Chriſtus: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Item: *Qui reliquerit domum, vel fratres, vel ſorores, aut patrem, aut matrẽ propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam poſſidebit.* Iſtuc ipſum planius indicant verba, quæ dicturus eſt Chriſtus in extremo iudicio, vt Matthæus refert: *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnũ à conſtitutione mundi: Eſurii enim & dediſtis mihi mãducare: Sitiui, et dediſtis mihi bibere: Hoſpes erã, & co-*

Matth.5.

Matth.10.

Matth.25.

gistis me. Nudꝰ, et operuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me, &c. Quin & meriti vocabulum ꝙ quidam mirũ in modum auersantur, prẽterquam ꝙ ſummis viris placuit, Hieronymo, Augu. Ambro. etiã in ſacris literis inuenitur, nimirum Eccleſia. 16. *Miſericordia faciet vnicuiq; locum, ſecũdum meritum operum ſuorum.* Quem quidem librũ Egeſippus & Irenæus, vicini Apoſtolicorum temporũ, vt propheticũ citant, teſtantibus Euſebio & Auguſtino. Sed à cõcilio Florẽtino, & à concilio tertio Carthaginenſi approbatur. In ſexta ſynodo generali, liber hic ſuſcipitur inter canonicas ſcripturas. Ex operibus ergo iũcta fide, & gratia, ſalutẽ meremur, & iuſtificationem ſecundo modo acceptam. Vnde & Diuus Iacobus ait: *Abraham pater noſter nõne ex operibus iuſtificatus eſt, offerens Iſaac filium ſuũ ſuper altare?* Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt, & ſuppleta eſt ſcriptura dicens: *Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt.* Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Hæc ille. Neque Paulus & Iacobus ſunt ſibi diuerſi. Cùm ille ait, Abrahamum eſſe

Vocabulum meriti.

326. 26.

Liber Eccleſiaſtici.

Euſeb. l. 4.

236. 11.

239. 23.

Iacob. 2.

Gene. 15.

Roma. 4. Conciliatio locorũ Pauli et Iacobi.

esse iustificatum ex fide, non autem ex operibus, hic autem ex fide & ex operibus. Nam Paulus refellit errorem Iudæorum, qui se meritis bonorum operum, quæ in lege præcesserant, ad Euangelicam gratiam peruenisse putabant, asserentes non esse ad eam recipiendos gentiles idololatras. Vnde asserit Paulus, non posse iustificari hominẽ ex operibus fidem præcedentibus. Hic autem Iacobus arguit eos, qui sumpta ex verbis Pauli occasione, semel in adepta fide otiosi degebant, satis esse illis credentes vel otiosam ad salutẽ. Cùm tamen, vt idem ait, *fides sine operibus mortua est.* Cui & Paulus subscribit, fidem

Galat. 5.

in Christo valere dicens eã, quæ per dilectionem operatur. Neq; aliunde habent opera nostra, vt merita dici possint, quàm ex merito passionis Christi, cuius sanguine cùm aspersa sint, omnem illis dignitatem detrahere, & meritum, nihil aliud fuerit, quàm euacuare Christi crucem, & dicere: Ergo

Opera vnde habẽt, vt merita dici possent.

Galat. 2.

Christus frustra mortuus est. Quem enim fructum nobis attulisset Christi mors, si opera bona, quę nos facimus, nihilò digniora sint, quàm eorum qui

Prima iustificatio, passiuè accepta.

Christũ non credũt: si nihilò plus meremur per ea quàm illi? Prima igitur iustificatio passiuè accepta, sic describi

tẽ

test. Iustificatio prima, est mutatio quædã supernaturalis, qua quis ex iniusto fit iustus. Secũda verò iustificatio sic describitur: Est mutatio supernaturalis, qua quis ex iusto fit iustior, hoc est, qua quis ex Deo, grato & amico, fit gratior & amicitior ipsi: & ex recto, pio, mundo, sancto, fit rectior, mundior, sanctior. Quoniã autem iustificari significati idẽ quod iustũ fieri, iustus autem à iustitia dicitur: proinde dicendũ est de iustitia, vt intelligatur plenius iustificatio, de qua nunc est sermo. Cùm variè accipiatur iustitia, & nunc quidem pro integritate vsurpatur, nunc pro gratia & amicitia. In proposito accipitur generaliter iustitia pro exhibitione, vel redditione alicuius debiti. Et iusti appellantur, qui reddunt quod cuique debent. Quia verò & alia alijs debentur, & diuersimodè reddi possunt, & redduntur: proinde multiplex iustitia inuenitur apud Doctores. Est quædam iustitia interna, alia externa. Est iustitia Mosaica, siue legalis: & iustitia Christiana, & Euangelica. Est iustitia fidei, & iustitia operum. Est iustitia Pharisaica simulata: & est iustitia verax, et syncera. Est iustitia Philosophica seu moralis, et est iustitia Theologica seu supernaturalis. Et iustitia mera-

Secunda.

Significationes iustitiæ

Diuisio iustitiæ.

moralis duplex est: legalis siue vniuer-
salis, & particularis, quæ in politicam
& œconomicam diuiditur, & tam Phi
losophica quàm Theologica, aut actua
lis potest esse, aut habitualis. Et habi-
tualis, iuxta communẽ sententiã Theo
logorum, aut acquisita aut infusa. Et

Iustitia externa. autẽ iustitia externa, ceremonialis quæ-
dam & accurata exteriorum præcepto-
rum obseruantia. Cui exactè obseruan

Iustitia Pharisaica dæ, quia attentè studebant Pharisæi, &
Hypocritæ, & student semper quicun-
que nõ verè, sed simulatè sunt iusti, e-

Iustitia operum exteriorum. dem & pharisaica & hypocritica, & si-
mulata, & operum exteriorum dicitur

Iustitia interna. iustitia. Interna verò iustitia appellatur
quędam exhibitio fidei, spei, charitatis
& religionis, aliorumq; affectuum in-
teriorum, qui nobis partim in Deum
partim in proximum præcepti sunt. Iu-

Iustit. Mosaica seu legalis. stitia Mosaica siue legalis, dicitur obse-
uantia præceptorum legis, datæ Isra-
litico populo per Mosyen. Iustitia ve-

Iustitia Euangelica. Euãgelica siue Christiana, vocatur ob-
seruantia præceptorũ Euangelicorum
quæ nobis data sunt per Christum. Et
quia in lege Moysi multa præcepta fu-
data, de operibus præsertim exteri-

Iustitia operum. bus: cõtra verò factum fuit in lege E-
uangelica: ideo iustitia legalis dicitur
ab aliquibus iustitia operum: iusti-

autem Euangelica iustitia fidei. Iustitia moralis, vocatur iustitia quædam, qua quis bene se habet, & iustè, secundum præcepta moralia & naturalia. Et legalis siue vniuersalis ad omnium virtutũ opera, quæ legibus præcepta sunt, se extendit. Particularis autem spectat, vt vnicuiq; ius suum tribuat. Et siquidem tribuatur ciuibus, quod illis debetur, iustitia ista politica peculiariter appellatur. Sin verò domesticis tribuat, quòd illis debet, œconomica iustitia dicitur. Theologica verò iustitia, non tantum secundum præcepta moralia & naturalia, mores nostros componit, sed et secundum præcepta supernaturalia, iustos nos in nosipsos, & in proximos, et in Deum facit, & hæredes vitæ æternæ constituit. Potestq; dici iustitia Theologica, rectitudo sufficiens ad consequendam beatitudinem, vel obseruantia præceptorum, quæ Theologia docet. Et de hac vna iustitia, siue ea actualis sit, siue habitualis, siue qualitas creata, siue tantùm fauor Dei, & assistentia ipsius specialis, Theologi scholastici & scripturæ loquuntur, cum aliquem iustificari, aut in iustitia proficere dicũt. Diuidunt autem iustitiã doctores Theologicã, in actũ & habitũ: et habitum in acquisitũ et infusum partiũtur.

Iustitia moralis.

Legalis siue vniuersalis iustitia.

Particularis.

Iustitia politica.

Oeconomica iustitia.

Theologica iustitia.

Iust. Theologica quid.

Iust. Theologica quomodo diuiditur.

Quan-

Iustitia actualis. Quãdo præcepta, vel moralia, vel Theologica, vel naturalia, vel supernaturalia actu præstamus, ipsa eorum executio, iustitia actualis vocatur. Quando verò in nobis est aliqua qualitas permanens, quæ nos facit expeditos ad ea exequenda, ea habitualis iustitia appellatur. Et habitualis iustitia acquisita, sive ea moralis tantùm sit, sive Theologica, est habitus, sive consuetudo bonis operibus comparata, inclinans nos ad similium bonorum operum exercitia his, ex quibus genita est. Infusa verò dicitur, habitus à Deo infusus, quo nos sibi gratos, & in ipsius oculis iustos facit, & ad ea quæ sibi placẽt facilius exequenda, facultatem tribuit: hãc iustitiam qui habent, eos solos Theologi appellat iustos. Quia verò iustitiam Theologicã, quicquid illa fit, Deus donat nobis propter merita Christi, & nostra gratiã ipsi⁹, ea iustitia Dei, et Christi, et nostra dicitur, Dei, quia meritis ipsi⁹ communicata: nostra, quia nobis inhærens. Et quia ea nulli vnquam adulto contingit, nisi per fidẽ, & per merita Christi: eadem & iustitia Christiana & Euangelica dicitur, & fidei dici posset. Et secundum hanc vnam simpliciter iustificantur, & ab ea iusti sunt & appellantur, quicunque iusti dicuntur. Po-

Infusa iustitia.

Iustitia habitualis.

Iustitia Christi.

230.1.

ro hæc iustificatio in summa hæc com plectitur. Primùm, reconciliationem cum Deo. Secundùm, remissionem pec catorum, quò ad culpam & pœnã, vel partem ipsius. Tertium, renouationem interioris hominis. Quartùm, ius & acceptationem ad vitam æternã. Nam per peccata inimici fimus Deo, & reatum ad pœnas graues incurreramus, & bona interioris hominis penè omnia perdideramus, & ius ad gloriam amiseramus, vt ante ostensum est. Mutatio autem illa, qua quis ex impio sit iustus, post Euãgelium promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest, sicut scriptum est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, nõ potest introire in regnum Dei.* Præterea exordium ipsius in adultis, à Dei, per Christum Iesum, præueniente gratia, sumendum est, hoc est, ab eius vocatione: quia nullis eorum existentibus meritis, vocantur: vt qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitantem atque adiuuantem gratiam, ad conuertendum se, ad suam ipsorum iustificationem, eidem gratiæ libere assentiendo, & cooperãdo disponantur, ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritumsanctum illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat, inspirationem

Iustificatio quæ complectitur.

Lauacrũre generatiõis post promulgatũ Euangelium, necessariũ ad iustificationẽ, aut eius votum.

Exordiũ iustificationis in adultis.

tionem illam recipiens, quippe qui illam abijcere potest, neque tamen sine gratia Dei, mouere se ad iustitiam co-
334.18. ram illo libera sua voluntate possit. Vnde in sacris literis, cùm dicitur: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos*: libertatis nostræ admonemur. Cùm respondemus: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: Dei nos gratia præueniri confitemur. Disponitur autem ad ipsam iustitiam, dum excitati diuina gratia, et adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouentur in Deum, credentes vera esse, quæ diuinitus reuelata & promissa sunt. Atque illud imprimis, à Deo iustificari impium, per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu: & dum peccatores se esse intelligentes, à diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes
240.21. Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tanquam iustitiæ fontem, diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem: hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante Baptismum agi oportet. Denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare nouam vitam, & seruare diuina mandata. D

Zacha.1. Threnorum vltimo.

Dispositio ad iustitiã. Roma.3.

Duo necessaria sunt, vt adulti ad suã iustificationẽ se præparent, gratiæ diuina & libertas ipsorũ.

hac di
tem ad
quòd in
Confide
Et: *Pæ*
quisque
remissin
cipietis
cete omn
ne Patr
tes eos s
Hanc
nem iu
non est
& sanct
homini
gratiæ &
cationis
sæ hæ: F
æterna:
gratuitò
ritu pro
hæredita
dilectiss
nus nost
crucis n
pro nobi
méralis i
est sacra
quàm ec
vnica for

hac dispositione scriptum est: *Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quòd inquirẽtibus se, remunerator sit.* Et: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Et: *Pœnitentiã agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* Et: *Eũtes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: docentes eos seruare quæcunque mandaui vobis.* Hanc dispositionem seu præparationem iustificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio & renouatio interioris hominis, per voluntariam susceptionem gratiæ & donorum. Huius autẽ iustificationis à Catholicis perhibentur causæ hæ: Finalis quidẽ, gloria Dei, ac vita æterna: Efficiens, misericors Deus, qui gratuitò significat, signans et vngẽs spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Meritoria autem, dilectissimus vnigenitus suus Dominus noster Iesus Christus, qui in ligno crucis nobis iustificationem meruit, & pro nobis Deo patri satisfecit. Instrumẽtalis itẽ, sacramentũ Baptismi quod est sacramẽtum fidei, sine qua nulli vnquam contingit iustificatio. Demum vnica formalis causa, est iustitia Dei, nõ qua

Heb.11. 340.9.
Matth.9.
Actuum.2
Matth. vlt.
Causæ iustificationis.
Roma 3.
Finalis.
Efficiens.
2.Cor.1.
Meritoria.
Roma.6.
Instrumentalis.
Hebræ.11.
Formalis.

qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit: qua scilicet ab eo donati, renouamur spiritu mentis nostræ, & non modo reputamur, sed verè iusti nominamur & sumus, in nobis iustitiam recipientes, vnusquisq; secundum suã mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundũ propriã cuiusq; dispositionẽ, et cooperationem. Quanquam enim nemo possit esse iustus, nisi cui merita passionis Christi Iesu cõmunicantur, id tamẽ in hac impij iustificatione fit, dũ eiusdẽ sanctissimæ passionis merito, per Spiritum sanctũ charitas Dei diffunditur in cordibus eorũ, qui iustificantur, atq; ipsis inhæret. Vnde in ipsa iustificatione cum remissione peccatorum, hęc omnia simul infusa accipit homo per Iesum Christũ, cui inseritur per fidẽ, spem, & charitatem. Nam fides nisi ad eam spes accedat, & charitas, neq; vnit perfectè Christo, neq; corporis eius viuũ membrum efficit. Qua ratione verissimè dicitur, fidem sine operibus mortuam esse. Et in Christo, neque circumcisione aliquid valere, neque præputium, sed fidem quæ per charitatẽ operatur. Est fidem ante Baptismi sacramentum Apostolorum traditione Catechumeni, id est, qui ad fidem instruuntur.

Charitas.

239.2.

Iacob.2.

Catechumeni.

Ecc

Ecclesia petunt, cùm petunt fidem vitam æternam præstantem, quã sine spe & charitate fides præstare non potest. Vnde & statim verbum Dei audiunt: *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* Matth. 19. Itaque veram & Christianam iustitiam accipientes, eam ceu primã stolam, pro illa, quam Adam sua inobedientia sibi & nobis perdidit, per Christum Iesum illis donatam, candidam & immaculatam, iubentur statim renati conseruare, vt eam referant ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, & habeant vitam æternam. Quòd si cuipiam libeat scire causas iustificationis, secundum quatuor genera causarum, quæ à præstantissimis ponuntur, finalem, formalem, materialem, & efficientem. Finalis causa est Deus, & vita æterna. Formalis, gratia ipsius, vel acceptatio passiua, qua iusti nominamur & sumus. Materialis seu subiectiua, quæ vulgò dicitur materia, in qua anima nostra, vel nos ipsi. Efficiens autem est multiplex. Vna principalis, Deus pater. Altera minus principalis, Christus, & sacramenta. Præparatoria, nosipsi, & qui nos ad ea exhortantur, quæ à nobis requiruntur vt iustificemur. Meritoria Causa est CHRISTVS. Dispositiua, actus nostri. Ministerialis, Sa

Causæ iustificationis secundũ vulgatã diuisionem causarum.

Finalis.

Formalis.

Materialis.

Efficiẽs causa iustificationis multiplex.

cerdotes qui administrãt nobis sacramenta. Sed de iustificatione hactenus pro ratione compendij dictum esto.

Transitio. Quoniam autem crebra mentio gratiæ Dei facta est, liberiq́ue arbitrij, pręterea baptismi, cæterorumq́ue sacramentorũ, proinde paucis de singulis agemus.

Gratiæ Dei diuisio & descriptio. Gratia Dei duplex esse perhibetur. Vna: gratia gratum faciens, quæ est forma spiritualis, sine nostris meritis à Deo nobis donata, habentem facien gratum Deo, & opus eius coram Deo bonum reddens, remunerandum æterna fœlicitate. Quę ob id gratia dicitur, quòd gratis datur, nihilq́; nostrum pra cessit, vt eam accipere meremur. Vnde

Gratia vnde dicta.

Ephe. 2. Paulus: *Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia nõ esset gratia. Agitur autem in nobis, & perficitur ab eodem Domino Deo secundum cooperationem nostræ voluntatis.* Altera gratia est, quæ dicitur vulgò gratis data, quæ est donum quodlibet à Deo gratis concessum homini, natura facultatem excedens, qua vnus alteri ad salutẽ cooperatur, qualis est donum linguarũ, gratia sanitatum, prophetia, &c. Hęc sola gratia homi non iustificat, nec saluat, id quod liquet ex verbis Christi apud Matthæ

Gratia gratis data.

Matth. 7. *Multi*, inquit, *dicẽt mihi in illo die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo virtu-*

multas fecimus, & in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquã noui vos, discedite à mẽ cẽs operarij iniquitatis. Alij fusius & nõ inutiliter gratiam Dei diuidunt sic: Gratia Dei accipitur generaliter, & specialiter. Generaliter accepta, appellatur quicquid nõ præcedentium aliquorũ operum meritis, sed gratuita Dei bonitate donatur. Et sic accepto vocabulo nõ ineptè gratia dicitur natura, in qua conditi sumus, vt scilicet essemus homines non bruta, &c. Hãc gratiam, quam quidam appellant donum naturæ, habent impij nobiscum communem. Gratia verò specialiter accepta, est occulta misericordia Dei, qua per subministrationem spiritus sanatur ac saluatur natura, qua prædestinati vocamur, iustificamur, sanamur & glorificamur. Hæc est illa gratia, quam diuinæ literæ prædicant, de qua dixit Apostolus: *Non irritam facio gratiam Dei.* Nam si per legem iùstitia, ergo Christus gratis mortuus est. Nimirũ gratiam intelligens, qua iustificamur ab iniquitate, & qua saluamur ab infirmitate, non qua creati sumus, cũ propria volũtate. Hęc gratia bifariã diuiditur, in gratiã operãtem & cooperãtem, seu in præueniẽtẽ et subsequẽtẽ.

199. 12. *Diuisio gratiæ fusior.*

Gratia Dei generalis et specialis.

Gratia specialiter accepta.

Galat. 2.

Gratia specialis operans & cooperans, seu præueniens & subsequens.

Psalm.58. Vtraque in sacris literis expressa legi-
Psalm.22. tur, vt Psalmographus ait: *Misericordia*
Aug. in Enchi.c.32. *eius præueniet me, et misericordia Dei subsequetur me.* Deus enim nolentē præuenit, vt bene velit: & volentē subsequitur, ne frustra velit, sed vt perficere valeat. Operans ergo gratia est, quæ præ-

Operãs gratia. uenit ac præparat voluntatem, non vt
230.10. fiat voluntas, quia & ante hãc gratiam voluntas erat, sed vt bona volũtas fiat, & quæ prius erat serua peccati, libere-

Cooperans gratia. tur. Cooperans verò gratia, voluntatem iam bonam factam subsequitur, vt quòd iam vult bonũ, perficere possit.

Volũtas hominis sine gratia non erigitur ad bonum. Nam voluntas hominis, quam naturaliter habet, nõ valet erigi ad bonum efficaciter volendum, vel opere implendum, nisi per gratiam liberetur, & adiuuetur, iuxta Pauli sententiam: *Deus est,*
Philip.2. *qui operatur in nobis velle et perficere, pro bona sua voluntate.* Quamobrem & Hieremias ait: *Scio Domine, quia non est*
Ierem.10. *hominis via eius: nec viri est, vt ambulet & dirigat gressus suos.* Gratia præueni-

Gratia præueniens duplex. ens duplex est in summa. Vna, qua Deus
217.26. præuenit peccatorem, vt resurgat. Altera, qua peccator præuenienti Deo assentiens iam resurgit. Vtramq; voluntatem nostram præuenit Deus, sed priorem subministrando, solus operatur: altera voluntas nostra Deũ præuenien-

tem

tem subsequens, ei per velle seu assensum, remissionem peccatorum accipiendo cooperatur. Prior gratia, qua Deus hominem præuenit ac incitat, vt resurgat, iterum duplex est. Vna generalior, quæ est bonus motus, bonaque cogitatio. Veluti cũ peccator Deo inspirante, agnoscit peccatum suum, cum terrore gehennæ concutitur, cùm de amittenda æterna beatitudine dolet. Altera specialior est, tot habens species, quot sunt speciales boni motus ad resipiscendum: veluti sunt auditio verbi Dei, immissio aduersitatis, quæ ferocientis hominis animum deijcit, & ad Deum respicere facit, remotio occasionis peccandi, ablatio seu debilitatio tentationis, & id genus alia. Gratia generalius accepta, Deus nulli hominum deest, adeò vt nullus sit peccator tã scelestus, cui Deus, quoad in hac vita superstes fuerit, hanc gratiã penitus subtrahat. Nam per hanc stans ad ostium pulsat, initium nostræ salutis (quæ est peccati cognitio) in nobis operari desiderans. Et quis tandem est hominum, qui non sentiat se hac gratia præueniri, quum & Gentes ostendant opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia illorum. Et vel Pharao, vel Iudas traditor exem

Gratia qua Deus præuenit hominẽ duplex. 249.10.

Gratia generalius accepta.

3

Deus nulli deest. *Apoc.* 5.

plo esse possunt, quã liberalis sit Deus in hac gratia subministranda. Certè Prophetæ testantur Deum non solùm à conuersis non auerti, sed etiam ad auersos conuerti. Nam Hieremiæ tertio sic legimus: *Si dimiserit vir vxorẽ suam, & illa recedens duxerit virum alium, nunquid reuertetur ad eũ vltra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autẽ fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus.* Item dem apud Esaiam scribitur: *Nunquid potest obliuisci mater infantem suum, dicit* Dominus, *vt non misereatur filio vteri sui? Etsi illa oblita fuerit, ego tamen nõ obliuiscar tui, dicit Dominus.* Et apud Ezechielem: *Quare moriemini* (inquit Dominus) *domus Israël, quia nolo mortẽ morientis, dicit Dominus: reuertimini & viuite.*

Esaiæ.49.

Ezech.18.

Solutio obiectionis.

Actu.14.

Quòd autem in actibus Apostolorum dicit Paulus: *Deum in præteritis generationibus, dimisisse omnes gẽtes ingredi vias suas*, non sic intelligendum, quasi Deus Gẽtib⁹ sua gratia defuerit. Quinimò ipse Paulus statim subiecit: Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens, de cœlo dans pluuias, & tẽpora fructifera, implẽs cibo & lætitia corda eorum. Similiter capite 17. ait, Deum fecisse ex vno omne genus hominũ inhabitare super vniuersam

sam faciẽ terræ, definiens statuta tẽpora, & terminos habitationis eorum, vt quererent Deum, si forte attrectent eũ, aut inueniant. Quod cùm faciat, putandus ne est vlli genti gratiam suam præuenientem subtraxisse? Verũ cùm Gentes id quod de Deo cognosci potest, manifestũ habuerint, quod Deus illis per gratiã præuenientẽ manifestauerit, nec tamen, cùm cognouissent Deum, sicut Deum glorificauerũt, aut gratias egerunt, sed euanuerũt in cogitationibus suis: factum est, vt gentes Dei gratiam contemnentes ac repudiantes, dimissæ sunt ingredi vias suas. Atque eadem ratione fit, vt nõ omnes motus illos gratiæ specialis, omnibus peccatoribus Deus impertiat, in causa enim est peccatoris obduratio, gratiam illam communem seu generalem negligentis ac repudiantis. In quam sententiam dixit Apost. *Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate.* Tradidit, inquam, id est, permisit, vt per cupiditates cordium suorum, in omnes iniquitates & immunditiã ruerent. Atq; ita fit, vt peccatũ sit alterius peccati causa: quinimò vt idem sit simul peccatum & peccati pœna. Nam gratiæ cõtemptus

Rom. 1.

18.20.

78.4. *Cur motus specialis gratiæ non omnibus peccatoribus Deus impertiat.*

256.8.

272.32.

Roma. 1.

104.22. *Tradere in reprobũ sensum quid sit.*

grauissimum peccatum est, & peccati causa, nempe omnis iniquitatis & immunditię, in quā Dei contemptor ruit.

De prædestinatione sanctorum, cap. 10.

Non est igitur hic peccatū Dei, sed iudicium, vt ait Augustinus. Non enim est iniquitas apud Deū, vt Paulus docet. Sed de ea re paulò post plenius.

Roman. 9.

Hac autem gratia pręueniens, qua Deus excitat hominem, vt iustificetur, etsi enormia est, non tamen sufficit, nisi accedat

Ad gratiā prævenientē gratia iustificans necessaria.

gratia iustificans, quæ voluntatem sanat, & facit vt rectè viuatur. Ad hāc gratiam quibusdam peruenitur, nēpe per gratiam operantem seu pręuenientem & adiuuantem seu excitantem. Postquam igitur per gratiam iustificantem hominis voluntas sancta, & à captiuitate liberata fuerit ad superandas concupiscentias, & tentationes carnis, diaboli, mundi, operandumque bonum, necessaria est gratia subsequens & cooperans, de qua dixit Apostolus: *Plus omnibus laboraui: Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Vnde illa dicta Hieronymi. Vnum: Qui dixerit Deum impossibilia præcepisse, anathema sit. Alterum: Qui dixerit, nos posse mandata Dei implere sine gratia, anathema sit. Lex ergo possibilis, sed p gratiā. Quia obrem & post iustificationē gratia volūtati accedere debet, vt lex impleatur.

252. 1.

Gratia subsequens.

1. Cor. 15.

Hier. cōtra Pelag.

Nat

Nam, vt Christus ait: *Sine me nihil potestis facere.* Neque per gratiam tollitur liberum arbitrium, sed magis statuitur: quemadmodum per fidem non tollitur lex, sed magis statuitur. Gratia enim liberum arbitrium, quod sanet & adiuuet, præsupponit, sicut medicina ægroti voluntatem, medicinam non auersantem. Et fides propterea à Deo datur, vt per fidē gratiam, qua legem impleamus, impetremus, & quod impossibile erat legi, per fidem in Christum obtineamus. At inquit quispiam: Si lex possibilis per gratiam, ostende ergo hominem, qui gloriari possit se in hac vita, quandiu caro concupiscit aduersus spiritum, perfectè legem implere, sēque sine peccato esse: Is responsum hoc habeat, hæc duo nō pugnare, nempe non inueniri hominem in hac vita sine peccato, & tamen fieri posse per adiutoriū gratiæ Dei, vt inueniri possit quis sine peccato. Quod Ecclesia in Virgine matre vsu venisse asserere non dubitauit. Multa enim sunt quæ fieri possent, quę tamen non fiunt. Sic etsi nemo in hac vita sit, qui audeat dicere sibi non necessariā precationē orationis dominicæ, Dimitte nobis debita nostra: vel se non habere peccatum, ne (Diuo Ioanne teste) seipsum decipiat, & veritas in

Augustin. de spiritu & litera.

149.17.

318 17.

345.1.

Quæstio.

45.17.

eo non fit: tamen id vt fiat, quandiu vi-
Aug. ad Innoc. uimus, sedulò conandum & poscen-
dum est. Tolerabiliter in id quisq; fal-
litur, nec diabolica impietas, sed error
humanus est, elaboranda & optanda
affirmare, etiamsi quod affirmat, non
possit ostendere: id enim credit fieri pos-
Obiectio. se, quod certè laudabile est velle. Vnde
1. Ioan. 3. Christus. *Estote perfecti, sicut & pater ve-*
ter vester cœlestis perfectus est. Quòd au-
tem Ioannes dixit: *Qui natus est ex Deo,*
non peccat, intelligendum est eatenus,
quatenus ex Deo natus est, & in chari-
tate manet, et secundum charitatē ope-
1. Cor. 3. ratur, non peccat. Charitas enim nō a-
4. 15. git perperam, sed perficit eam natiuita-
tem, quæ ex Deo est, minuitq; cupidi-
tatem, quę ex Adam est. Interim tamen
hæc cupiditas, radix illa peccati, quan-
diu est in membris nostris, lege qua-
Roma. 7. dam sua repugnat legi mētis. Quò fit,
vt nemo non sit, qui non cogatur que-
ri, se longè à perfectione legis abesse,
suosque conatus in dies infirmitate ca-
Matth. 26. nis remorari. Quemadmodū Christus
ad tres discipulos dixit: *Spiritus quidem*
promptus, caro autem infirma. Aliud au-
tem est sine peccato, aliud sine crimine
viuere. Aliud ambulare in omnibus iu-
stificationibus Domini, sine querela,
quod de Zacharia & Elizabeth legi-
mus

mus. Aliud in nullo labi vel infirmari. Vixit Zacharias sine querela, sed non sine peccato. Peccati verò appellatione omnis humanus lapsus venit: sed quod in querelam venit, non qualecunque etiam tentationis humanæ vitium, sed graue peccatum est, aut crimen. Homines itaq; pij etsi sentiant imperfectionem suam, & pugnam illam internam carnis & spiritus, qua fit vt spiritus per carnem remoratus non adimpleat legem: tamen cùm carnis desiderijs non obediunt, nec exhibent membra sua arma iniquitatis peccato, possunt dicere: *Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum*, hoc est, spiritalis quidem & internus homo ad perfectionem legis contendit, sed peccatum inhabitans (nimirum intestina illa concupiscendi vis, quæ perpetuam sedem in membris nostris dum vixerimus, habet) perficere non sinit. Nihilo secius tamen imperfecta illa obedientia, & opera nostra adiuta per gratiam subsequentem, etsi legem non adimpleant, tamen Deo placent, non quidem propter dignitatem voluntatis seu operis iusti, sed imputatiuè per gratiã. Postquam enim Deus per gratiam iustificantem, nos recipit in filios, & cohæredes Christi, idq; per fidem, fit vt postea

Luce. 1.

389. 5.

Roman. 7.

Roman. 6.

329.28. opera nostra tanquam filiorum & reconciliatorum in fide, & timore filiali facta, licet non admodũ perfecta Deo placeant, quia iam placent per Christum, ex cuius perfectione nostram imperfectionem supplemus. Sumus enim membra corporis eius, de plenitudine eius omnes accipientes, & iustitiam eius nostram facientes. In quam sententiam dixit Apostolus: *Nihil ergo nunc damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant.* Nam, vt subijcit, Deus filium suũ mittens in carnem, præ se ferentem similitudinem peccati, de peccato peccatum damnauit. Eum enim qui peccatũ non nouerat, pro nobis peccatum fecit, id est, hostiam pro peccato. Non alia ratione, quàm vt iustificatio legis, id est, quam lex promisit, impleretur in nobis, vt à maledictione legis (qua maledictus dicitur omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea) liberaremur. Is CHRISTO ergo manẽtes, per Christum (qui solus legem impleuit) legem imputatiuè impleimus. Si tamen non secundum carnem ambulauerimus, id est, etsi plærunque carnis cupiditates persentiscamus, illis tamẽ nullum consensum præbeamus, nec secundum eas

Ephes. 5.
Ioan. 1.
2. Cor. 5.
Roma. 8.
349.18.
Galat. 3.
216.27.
357.21.

fideru

fideria carnis ambulemus. Vnde Augustinus: Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ob hoc desinit esse iustus vel sanctus, cum affectu teneat sanctitatem. Non enim naturæ humanæ viribus, sed propositi adiumento, per gratiam Dei acquirimus sanctitatem. Sed de Gratia Dei hactenus. Ex prædictis liquet, in nobis liberum arbitrium esse debilitatum & inclinatum, taleque esse vt voluntas nostra, libero arbitrio, à bono declinare possit, vt faciat malum, vt verò à malo declinet quo faciat bonum, id non fit sine diuino arbitrio, inquit Augustinus. Qui alibi ait: Sic confitemur liberum arbitrium, vt dicamus nos semper Dei indigere auxilio, & tam illos errare qui cum Manichæo dicunt, hominem peccatum vitare non posse, quàm illos qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare, vterque enim tollit arbitrij libertatem, nos verò semper peccare, & non peccare posse, vt nos liberi confiteamur arbitrij. Proinde sic à quibusdam describitur. Liberum arbitrium est facultas rationis vel voluntatis, qua bonũ eligitur gratia assistente, malũ autẽ ea desistẽte. Duplex enim vis protoplasto data fuerat, vna ratio, qua Deũ cognosceret. Altera, vo-

Augusti. de dogm. eccl. 249. 21.

Liberum arbitriũ quale in nobis. 257. 13.

Aug. li. 15. cap. 21. ciuit. Dei. sermo. 102. de tẽpore.

Liberum arbitrium quid. 10.

Vis duplex protoplasto indita.

luntas, qua illi adhæreret: quæ posita per peccatum in illo vitiatæ sunt, & in nobis ceu stirpe. Ratio quidem ignorantia: voluntas autẽ concupiscẽtia carnali, de qua ante dictum est. Ea autem libertas probatur multis sacræ scripturæ locis. Primò quia in sacra scriptura datur nobis optio & permittitur, vtrum vis ex duobus eligamus. In Deuteronomio Moyses proponit populo Israëlitico vt eligat benedictionem, vel maledictionem, Iosue etiam proposuit eidem, an Deũ sequi vellet nec ne. Ieremiæ præcepit Dominus, vt diceret populo suo: *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis, qui habitauerit in vrbe morietur, qui egressus fuerit, viuet.* Ad hæc multa dicuntur in scripturis voluntaria & sponte fieri. Dauid dicit: *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.* Et alibi: *Voluntariè sacrificabo tibi.* Esaias: *Si volueritis, & audieritis, bona terræ comedetis.* Ieremias: *Si pœnitentiã egerit gens illa.* Christus apertissimè testatur nostræ subesse potestati obseruantiam mãdatorũ, perfectionem quelam ipsorum, perfectionem Euangelicam, dicens: *Si vis ad vitam ingredi. Si vis perfectus esse. Si quis vult venire post me.* Tertiò multa esse dicũtur in nostra potestate. Ioannes dicit dedisse Deus

Probatio libertatis nostræ ex sacris literis quintuplex

1

Deute. 30.

Iosue vlt.

Iere. 21.

2

Psal. 118.
Psal. 53.
Esaiæ. 1.
Iere. 18.

Matth. 15.
Marc. 8.

3

potestatē hominibus, vt filij Dei fiant. Paulus affert neminem habere necessitatem, sed potius potestatem voluntatis suæ, vt seruet virginem suā. Quartò, multa dicuntur in scriptura fieri à peccatoribus contra voluntatem Dei de ipsis: & in multis dicuntur peccatores resistere Deo. In Exodo dicitur Pharao resistere Deo. In Actibus dicit: Stephanus Iudæos resistere spiritui sancto. In Esaia: *Expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas.* Et per eundem ad Israël dicit teste Paulo: *Tota die Expandi manus meas ad populum non credentem, et contradicentem mihi.* Et ad Ierusalē ait: *Quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti.* Quintò, scriptura omnia faciendā cum consilio docet. Et vt videre est, aliqua præcipit, aliqua prohibet, aliqua laudat, alia vituperat, alia præmiat, aliqua punit. *Omnis etiam scriptura* sicut docet Paulus, *vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Cùm igitur necessaria & naturalia, neque optioni nostræ permittuntur, neque nostræ aut potestati subsint, neque voluntaria appellentur, aut sponte fieri dicuntur, neque laudem, neque vituperium, neque

1. Cor. 7.

4.

Exod. 10.
Actuum. 7

Rom. 10.

Matth. 23.

5

57. 4.

neque præmium aut pœnam mereantur, etsi omnia necessariò euenirent, superuacuum sit docere, arguere, corripere, consulere, dissuadere, certè liquet ex vniuersa scriptura posse colligi libertatem nostri arbitrij. Atque hac ratione fit, vt homines praui, suo vitio pereant, cū Deo, qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire, vt Paulus ait, parere recusant, voluntatisque suam, quam ille excitat et adiuuat, à bono declinant. Quid enim faciat medicus, si ægrotus renuat salutiferum pharmacum? Quam rem Dominus ipse apertissimè ostendit apud Prophetam. *Perditio* (inquit) *tua ex te Israël, tantummodo in me auxilium tuum*. A nobis ergo est quòd deficimus, quòd erramus, quod perimus. Ille semper stat ad ostium, & pulsat, semper vocat, semper hortatur, semper instigat ad bonum. *Ego* (inquit) *sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo & ipse mecum*. Nihil ergo mirum si in peccato demersus succūbat, hic refugat, hic enim diuinæ gratiæ dexteram nō neglexit, sed apprehēsæ dexteræ tractu et tractu, è peccatorū fæcibus emersit. Ille verò diuinæ gratię dexterā sollò oblatā ac nunquā subtractam, appre-

247.19. *Homines mali suo vitio pereunt*

1. *Tim.* 2.

257.32.

Oseæ. 13.

328.23.

Apocal. 3.

Similitudo

hen
luto de
tem D
ètè faci
quicun
trahit,
luntate
accipia
cet. Q
heret, n
ac si nu
hic occ
aliqui
cis perf
dam pr
bertate
id cauſ
tiam D
poteſt:
non eſ
lam eſ
tas. H
lere, cu
cidens,
præſci
Pauli:
ſtitutio
henſibi
Quod
gu. Pra
cōdidi

hendere neglexit, & sic in peccatorum luto defixus remansit. Neminem autem Deus cogere vult, sed suadet vt rectè faciamus, ait Chrysostomus. Et quicunq; ipsi assentiuntur, eos allicit et trahit, vt sic vnusquisque currendo voluntate sua à Deo præparata meritum accipiat, si autem nolit, culpa non vacet. Quod si nolentes ad seruiendū traheret, non secus eis deberet (inquit idē) ac si nullum præsticissent seruitiū. Sed hic occurrunt quædam quibus putant aliqui libertatem arbitrij tolli, quę paucis perstringam. Primò existimāt quidam præscientiam certissimam, cùm libertate arbitrij stare non possè: atq; ob id causam esse mali. Hi quòd præscientiam Dei ponunt & eam quæ falli non potest: rectè illi quidem. Nam si certa non esset, nulla esset. At sentire hāc nullam esse in Deo, amentia est, & impietas. Hoc enim esset diuinitatem illi tollere, cum eidem præscientia non sit accidens, sed substantia. De qua quidem præscientia Dei inter cætera, est illud Pauli: *Elegit* (inquit) *nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & irreprehensibiles in conspectu eius in charitate.* Quod si elegit, certè prescisuit. Hinc Aug. Præsciuit nos ei⁹ diuinitas, sapiētia cōdidit, iustitia dānauit, gratia liberauit.

Cur Deus neminem cogit.

335. 27. *Hom. 9. sup. per Ioan.*

249. 6. 3.

Quæstio de præscientia Dei.

Præscientia Dei falli nō potest.

Augu. li. 5. de Ciuit. et de lib. arbi. lib. 3.

Ephes. 1.

August. de prædest. & gratia.

uit. Et cùm apud Deum neque futura sperantur, nec præterita trãsierunt, sed in præsentia diuinitatis præsenti semper luce, semper cernuntur: non recte præscire dicitur, nisi relatu ad actiones nostras. Hanc præsentiam qua semper præsenti luce omnia cernuntur, innuit Deus pater, cùm ad filium loquitur: *filius meus es tu, ego hodie genui te.* Cæterum quod putant præscientiam esse causam mali, eaque tolli arbitrij libertatem, hoc vt ineptum, ita & maximè impium censendum. *Non enim Deus est iniquitatem volens*, vt Psalmographus ait. Cui & Paulus subscribit cùm dicit: *Nunquid iniquitas apud Deum? absit.* Quamuis autem Deus præuideat eos, qui propria voluntate peccant, non est tamen causa peccati. Sicut enim nemo memoria sua cogit facta esse quæ præterierunt, sic Deus præscientia sua non cogit facienda, quæ futura sunt. Et sicut homo quædam quę facit meminit, nec tamen omnia quæ meminit facit: ita Deus omnia quorum ipse author præscit, nec tamen omniũ quæ præscit, ipse est author. Est igitur libertas causa contingentiũ in humanis actionibus, qua quidẽ contingẽtia, Deus ita prænouit, vt non tollat modũ agendi naturæ inditum. Sic præuidit Deus Iudæ ma-

Quomodo Deus præscire dicitur

Psalm. 2.

Præscientia non est causa mali, nec tollit arbitrij libertatem.

2 Sa. 29. Psalm. 5. Roman. 9.

Aug. de vera innocentia ca. 379

Libertas causa contingentium in humanis actionibus.

Iudas.

lus

lam voluntatem, permisit vt perderet Christum, non coactus, sed voluntariè, & decreuit quo modo Iudam sic voluntariè peccantem perderet. Nō ergo Iudas peccauit necessariò, quod si dicas: *Oportebat impleri scripturam, quā prædixit spiritus sanctus per os Dauid de Iuda:* Sciēdum est duplicē esse necessitatem. Vnam absolutam, quæ vulgo dicitur necessitas consequentis. Veluti necesse est Deum esse: hominem esse animal rationale. Nam hę aliter se habere non possunt. Alia est necessitas consequentię, qua necessariò euenire dicimus, non quæ sua natura necessaria sunt, sed necessariò sequuntur propter præcedentes causas. Vt, oportebat Christum pati, non necessitate absoluta, sed quia lapsus erat homo, sicque Deus decreuisset, vt per mortem filij sui liberaretur à peccato, & damnatione æterna. Ita & de Iuda oportebat impleri scripturam, quia viderat Deus malam voluntatem Iudæ, idcirco per Prophetam id facturum Iudam prædixit. Ad eum modum, Deus præuidit quosdam angelos, & primos homines peccaturos sua arbitrij libertate, quam talem illis dederat, vt si vellent desererent Deum, continuoq; esset miseria secutura. Nō tamen illos præscientia sua ad peccandum

Occupatio.

Actuum. 1.

Necessitas duplex.

269. 29.

260. 2.

Eccle. 15.

Quæstio de angelis & protoplasto. c.1.l.22.de ciuita.Dei Aug.lib.2. de Genesi contra Manichæum. Ioan.1.

dum coëgit. Cur autem Deus scíes angelos quosdam & homines deserto Dei futuros, eis hanc potestatem no ademit? ratio est (vt docet Augustinus) quia potentius, & melius iudicauit etiã de malis benefacere, quàm mala esse nõ sinere. Quæ omnino nulla esset nisi natura mutabilis angelorum & hominis, quãuis bona à summo Deo co dita peccando ea mala sibi ipsa feciss

362.9. Multa enim (inquit idem) fiunt à mal contra voluntatem Dei, sed tantæ ille sapientiæ tantæq; virtutis, vt in eo exitus siue fines quos ipse bonos & i stos præsciuit, tendant omnia quæ v luntati eius videntur aduersa. Sic cũ se diabolus peccando feciſſet, Deus co nipotens & bonus maximè perspic tur, cum de malitia eius multa iusta & bona operatur. Vt inter cætera cùm i stos probat, sicut Iob accidit. Malos hic puniri permittit, ne in vita futur condemnẽtur. Cuius exemplum ap Paulum, qui fornicarium sathanæ tr didit in interitum carnis, vt spiritus uus fieret in die Domini. Alios rursu terret quò sint cautiores & vigilante ne in malum ruant, et alia eius gener

1.Cor.5.

Ex casu hominis meritò damnati bona quæ.

Ex hominis verò casu meritò dãna inter alia, id boni effecit, quòd tantũ p pulũ per gratiam suam colligit, vt in

sup

suppleat, & instauret partem angelorum quæ lapsa est, qua ratione bonitatem suam & potentiam notiorem reddidit. Porrò malorum, quorum Deus non est malus author, iustus est vltor. Nam si propterea non debet tribuere supplicium peccantibus, quia præuidet peccatores, nec rectè facientibus debet præmia retribuere, quia & rectè facturos præuidet. Deinde dum asseritur libertas nostra in consequenda vita æterna, loquuntur quidam: Nō prodest conatus & voluntas, si non sum prædestinatus, & cessanti offeretur beatitudo si sum prædestinatus. Altū mysteriū prædestinationis est, pauca tamen ea de re dicam ex sententia doctissimorū. Prædestinationem negare, immanem blasphemiā esse, ait Augustinus, quæ non tantùm, sicut soliti erāt dicere Pelagiani, referēte eodem, in apostolis accipienda est, sed in patriarchis & prophetis et martyribus, & omnibus sanctis dignè Deo seruientibus. Cuius rei Paulus vas electionis testis est locupletissimus. *Elegit nos* (inquit) *in ipso ante mundi constitutiōē vt essemus sancti, & irreprehensibiles in cōspectu eius in charitate, qui prædestinauit nos adoptionem filiorū per Iesum Christum in se secundum beneplacitū voluntatis suæ.* Et alibi: *Quos præsciuit & præde-*

Malorum Deus iustus vltor.

Aug. lib. 3. de lib. arb.

Quæstio de prædestinatione.

Aug. lib. 6. hypo. cōtra Pela.

Prædestinatio quid sit

Ephes. 1.

Roman. 8.

prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Prædestinauit expositore Augustino antequam essent: vocauit, cùm adhuc essent: iustificauit, cùm peccatores essent, glorificauit, cùm mortales essent.

De verbis Apost. sermo. 16.

2. Timot. 1. Nec dissonum est his illud ad Timotheum: *Liberauit & vocauit nos, vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositū suum, & gratiam quæ data est in Christo Iesu ante tempora secularia*, vnde Augustinus: Absit (inquit) vt Deus temporaliter aliquādo dilligat, quasi noua dilectione, quæ in illo non erat, apud quē nec præterita transierunt, & futura iam facta sunt. Itaq; omnes sanctos suos ante mundi constitutionē dilexit, sicut prædestinauit. Hæc ille. Quod vero in literis sacris dicitur Deū aliquid fecisse aut facturum esse, id relatu ad nos accipiendum est. Constat igitur Dei prædestinationem esse in sanctis. Cæterum quid sit dicendū est. Prædestinatio (ait Augustinus) à præuidendo & præueniendo, vel præordinando futurum aliquid dicitur. Et ideo DEVS, cui præscientia non accidens, sed essentia fuit semper, e

Aug. lib. 5. de ciui. Dei

Quid prædestinatio. Aug. lib. 6. hypog.

est, quicquid antequam fit, sic præscit, prædestinat. Et propterea prędestinat, quia quale futurum sit, præscit. Ideo & Apostolus: *Nam quos præsciuit* (inquit) *& prædestinauit*. Sed non omne quod præscit, prædestinat. Mala enim tantùm præscit, & non prædestinat, bona verò & præscit & prædestinat. Quod ergo bonum est, præscientia prædestinat, id est, priusquam sit in re, præordinat. Hoc cum ipso authore esse cœperit, vocat, ordinat, & disponit. Vnde & sequitur: Nam quos prędestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, illos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Hæc Augustinus. Qui alibi ait inter prædestinationem & gratiam hoc interesse, quòd prædestinatio, est gratiæ præparatio, gratia verò iam ipsa donatio. Ab alijs quibusdam recentioribus prædestinatio describitur esse, æterna præordinatio ad beatitudinem, & quod conformius est Paulo, propositum certum & firmum, quòd Deus ab æterno voluit aliquibus impartiri beatitudinē. *Collabora* (inquit Paulus ad Timoth. scribens) *in Euangelio secundū virtutē Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione sancta, nō secundū opera nostra, sed secundū propositum suum, & gratiā quæ data est nobis in Christo*

Quæ Deus prædestinet & quæ nō

Aug. lib. de p æ destina. sanctorum.

Andreas Vega in cōci. Triden.

2. Timot. 1.

Quomodo prædestinatione Deus vtitur erga genus humanum.

Christo Iesu, ante tẽpora secularia. Quomodo autem erga genus humanũ prę-
scięntia & prędestinatione vtitur Deus,
in quo non est iniquitas, docet August.
Lib. 6. hyp. Massæ (inquit) humani generis, quæ
in Adam & Eua præuaricatione dam-
nabilis mortalisque facta est, non con-
65.12. ditione diuina generaliter sed ex debi-
to pœna, cruciatusque gehennæ debe-
tur, venia verò non merito, sed Dei iu-
sti iudicis misericordiæ largitate con-
fertur. Quia verò iustus & misericors
368.12. Dominus Deus, præsciusq; futurorum
ex hac damnabili massa, non persona-
rum acceptione, sed iudicio æquitatis
suæ irreprehensibili, quos præscit, mi-
ricordia gratuita præparat, id est, præ-
stinat ad æternam vitã. Cæteros pœnis
debita punit, quos ideo punit, quia
quid essent futuri, præsciuit. Non ta-
men ipse fecit puniendos vel prædesti-
nauit, sed tantùm in damnabili massa
præsciuit. Quod si quæris, ait idem, cur
Solutio obiectionis. Deus ita differentes facit, si perso-
rum acceptor non est, quia generaliter
aut punire debet iustitia aut misericor-
dia liberare? Contende cum Paulo, im-
mo si audes, argue Paulũ, q̃ dixit, Chri-
sto in se loquẽte: *O homo tu quis es qui*
268.9. *spõdeas Deo. Nũquid dicit figmentũ ei qui*
se finxit, vt quid me sic feciſti? an nõ habet
pote-

potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam ? Ita Augustinus: Prædestinat igitur Deus, quia videt bonum: reprobat, quia videt malũ. Cùm igitur docetur prædestinationem necessariam esse ad credendum, diligendum, perseuerãdum, & similia, ne scandalum obijciatur infirmis, & impediri contingat aut langueſcere studia virtutis, hoc distinctè & clarè quidam recentiorum tradunt. Perinde esse in nostra potestate omnia exercitia virtutum ad quæ credimus necessariam esse speciale Dei gratiam, ac si solus generalis Dei concursus sufficeret, imò ac si non esset, nisi nostra sola voluntas ad ea omnia requisita. Quin perinde nostræ subesse potestati, & ea omnia, & ipsam cõsecutionem beatitudinis, etiam si Deus neque prædestinauerit nos, neque præsciuerit nos tantam fœlicitatem habituros. Tam potentem enim fecit propter suam summam sapientiam, & misericordiam, nostram voluntatem, & tam admirabiliter suum omnem concursum, & omnem suam scientiam, & prędestinationem & voluntatem illius arbitrio subiecit, vt posit ipsa de se quicquid voluerit statuere, & per se censeri posse, quæ per

Obserua quid dicatur.

And. Vegli. 12. in cõcil. Trid.

vnum ipsum specialiter adiuuante potest. Et ille ita scit, & voluit omnia futura contingentia, quæ nostro arbitrio subiecit, vt illius scientia & voluntas, nihil nostræ præiudicent libertati. Neque nos aliter nostræ saluti debemus per obseruantiam mandatorum intendere, & ipsius opem assiduis & importunis gemitibus flagitare, quam si nihil ipse prorsus de nobis neque sciuisset, neque statuisset, sed nostram prorsus ad omnia expectaret voluntatem. Potest nanque, quod vt maximè mirabile, ita & verisimum, & certissimum est. Potest, inquam, absque vlla prorsus immutatione & scire & velle, imò & scisse, & voluisse ab æterno oppositorum eorum, quæ de nobis præscit & præuoluit. Et hæc sæpe desiderarunt recentiores, vt Augustinus palam & apertè respondisset obijcientibus si, quod à prædicatione prædestinationis et gratiæ cessandum esset coram populo, quòd ea officeret audientibus, & segniores eos redderet ad studia virtutum magis quàm alacriores. Electus igitur, prædestinatus nostrorum sunt operum. Deus omnibus se offert, hæc est vocatio: si quis vtitur, est electio: si vsque in finem, prædestinatio. Si quis reijcit, induratio. Ex euentu ista cantur,

Lodo. Vi. de fide Christiana. 245. 20.

cantur, quemadmodum etiam dicimus iram Dei, furorem Dei, ex effectis. Neque enim est in Deo ira perturbatio animi, sicut quæ ira hominis nuncupatur, sed iusta vindicta, vt Augustinus ait. Tu ergo te facis prædestinatum, electum, induratum. At gratia Dei est (inquies) quæ agit? ita est, sed ea parata est omnibus. *Ego*, inquit Dominus, *sto ad ostium & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo ad illum.* Ex prædictis colligere licet, non habere impios quod cauillentur, scriptum esse: *Indurabo cor Pharaonis.* Item: *Tradidit illos Deus in reprobum sensum.* Et si quæ sunt spirituales figuræ. Permissio enim eo dicendi modo significatur, non operatio indurationis, quæ nunquã esset. Quẽadmodum oramus, ne inducas nos in tentationem, id est, ne sinas induci. Sic iuraſſe cor Pharaonis dicitur, quòd permiserit Pharaonem abuti sua voluntate, idque secundum iustissimum iudicium suum, qui cor peccatoris reprobum (quod, nec patientia, nec longanimitate Dei, ad pœnitentiam emollitur, nec compunctione scinditur, nec timore frãgitur, nec emollitur amore) in obduratione sua perseuerare permittit. Atque hæc permissio seu Dei patientia magis accusat, quàm excusat impium.

Aug. epist. 157. & li. 13. de Trin. Apoca. 5.

Solutio obiectionis.

Exod. 4.

Roma. 1.

350.25.

Videre enim licet, quot miraculis Deus Pharaonem ad pœnitentiam inuitauit. Sic Iudam, vt ab impio conatu 52.3.
Solutio obiectionis. uerteret, nihil prætermisit. At arguta-
tor quispiam temerarius dicet: Cur ergo creat quem malum, indurandum et
Roma.9. periturum scit? huic Paulus respondet,
347.7. *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? num quid dicit figmentum ei qui se finxit: Quid me feciſti sic? an non habet potestatem figulis luti ex eadem massa facere aliud vas in*
12.20. *honorem, aliud vero in contumeliam?* In-
25.25. comprehensibilis enim Dei sapientia ac benignitas inde perspicitur, quando impijs, qui, cùm essent vasa munda creati, seque postea conspurcarunt, ad bonum & gloriam nominis sui (vt ita dicam) abutatur. Quod non siluit scriptura. *In hoc*, inquiens, *excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam, & annuncietur nomẽ in vniuersa terra.* Inde, vt Paulus ait: *Ostendit diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriã.*
Exod.9.
Roma.9.

Cæterum vt planius noscantur ea quæ de prædestinatione dicuntur. Primò sciendum est prædestinatos non vllo modo posse esse extra gratiam Dei, quod negabat Iouinianus. Hoc autem non sic accipiendum, quasi sit aliquod tempus, quo eos non diligat Deus, nec suam gratiam velit illis impartiri. Sed quidem

Prædestinati possunt esse nõnunquam extra gratiã.

quidem inimicitia, non videtur posse habere locum cum eximia illa æterna & firmissima & immutabili dilectione, qua Deus in electos omnes afficitur. Verùm quia habent, vel faciunt ali qua quæ vsque adeo maiestati diuinæ displicent, vt quamdiu ea in illis perseuerant, neque gratiam suã velit eo tempore impartiri, neque dignos sua amicitia habeat: imò verò tanto odio eos prosequitur, vt siquidem in eis illa durauerint, & cum eis vitam hanc exegerint, perpetuis eos pœnis addicere velit. Quod quidem odium illi Dei dilectioni non repugnat, cùm ad diuersa referuntur, odium ad præsens, dilectio ad futurum, aliudq; quod competit alicubi ab æterna Dei prædestinatione vel præsentia, aliud quod à præsenti iustitia vel iniustitia. Vndè illa Theologorum scholasticorum de dilectione distinctio, secundum præsentem iustitiam, & secundum æternam prædestinationem. Qua & Hieronymus vtitur contra Pelagianos scribens. Cuius quidem verba hæc sunt: Quærit hoc Martion, & omnes hæreticorum canes, qui vetus laniarunt testamentum. Aut sciuit Deus hominem in paradiso positũ, præuaricaturum esse mandatum illius, aut nesciuit. Si sciuit, non est in cul

Aug. li 13. de Trinita. 3. sentent. distin. 19.

Dilectionis distinctio.

Lib. 3. contra Pela.

260. 11.

270. 3. 1.

pa is qui præscientiam vitare non po-
51.30. tuit, sed ille qui talem condidit, vt Dei scientiam non posset deuitare. Sin nesciuit, cui præscientiam tollis, aufers & diuinitatem. Huic argumento sic respondet Hieronymus. Hoc enim genere in culpa erit, qui elegit Saul futurum postea regem maximè impium. Et Saluator aut ignorantiæ, aut iniustitiæ tenebitur reus: cùm in Euangelio sit loquutus: *Nonne vos ego duodecim elegi Apostolos, & vnus de vobis diabolus est?* Interroga eum cur Iudam elegerit proditorem? cur ei loculos permiserit, quem furem esse non ignorabat? Vis audire rationē. Deus præsentia iudicat non futura, nec condēnat ex præscientia quem nouerit talem fore, qui sibi postea displiceat: sed tantæ bonitatis est, & ineffabilis clemētiæ, vt eligat eum, quem interim bonum cernit, & scit malum futurum, dans ei potestatem cōuersionis & pœnitentiæ iuxta illum sensum Apostoli: *Ignoras quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; iuxta opera eius.* Neq; enim ideo peccauit Adam, quia Deꝰ hoc futurū nouerat, sed
269.30. præscíuit Deus, quasi Deꝰ, quod ille esset pro-

Ioan. 6.

Roma. 1.

propria volũtate facturus. Hæc Hiero ny. Ex quibus manifestũ est, Saulem et Iudam fuisse reprobatos, & tamen aliquando bonos. Præterea Deum iuxta præsentem iustitiã iudicare vnũquemque, non autem secundũ æternam prædestinationem. Huic Hieronymi sententiæ subscribit Cyrillus, qui Iudam filium perditionis ait, propterea appellatũ, quòd cùm in suæ vocationis principio aptus esset, sua sponte perditionem elegit, & prauitate perijt sua. Et exẽplo Saulis & Adæ & angelorũ confirmat vicissitudines. Quod si prædestinati sunt semper & fuerunt in gratia Dei, certè nullũ cõmiserunt, neq; committent crimen mortale. Qua ratione neque adulterium & homicidium Dauidis, neq; Magdalenæ libidinũ intemperantia, neq; furta latronis, neq; Petri negatio, neq; blasphemię et persecutiones Pauli, neq; alia id genus horrenda, lethale peccatũ fuerunt in illis, qui tandem ad fidẽ conuersi sunt, & per illam bonaque opera salui facti sunt. Siquidẽ in confesso est lethale peccatum non esse, nisi ꝙ gratiã Dei aufert, & nos in ipsũ odio qui vita aĩæ nostræ est, cõstituit. Adhęc si prędestinatus nunquã est extra gratiã Dei, neq; igitur Adã quẽ ex literis sacris constat salũ esse, fuerit ali

1

2

Sapien. 10.

quando Deo inimicus, aut extra gra-
Roma.5. tiam ipsius. Et falsò dixisset Paulus. *si enim quum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius.* Nullus etiam hominum natus esset, aut nasceretur in peccato originali. Nã si Adam nunquam ob sua peccata fuit Deo inimicus, neque suam ergo posteritatem fecerit Deo inimicam & exosam, neque nos eguissemus redemptore, qui nos reconciliaret Deo: siquidem qui ipse inuisus regi non est, nunquam faciet progeniem suam regi inuisam. At hoc sentire, non aliud est quàm mysterium redemptionis nostræ irritum facere. Iam si prædestinati nunquam essent extra gratiam, & reprobi nunquam fuissent in gratia, & omnes homines sunt reprobi vel prædestinati, hac ratione Christi mors nullos iustificasset, nullis vitam attulisset. Quod quàm alienissimum à vero est, inter sexcenta sacræ scripturæ testimonia, illud testatur Pauli: *Christus factus est nobis à Deo sapientia & iustificatio, & redemptio.* Deinde dum de prædestinatione disseritur, sciendum est reprobos quosdam posse esse nonnunquam in gratia. Iustos item gratiam Dei amittere, & iniustos eam recuperare posse.

3

1. Cor. 1.

Reprobi quidã possunt esse

posse. Quod primum attinet, exemplo sunt Saul, Salomon, Iudas, quos in gratia fuisse aliquando, & postea reprobatos, ex sacra scriptura colligunt Augustinus, Hieronymus, Cyprianus, & cæt. Quamuis de Salomonis pœnitentia, nomine Ambrosij euulgatus liber esse fertur. Inter alios autem ipse parens & caput omnium reproborum, istuc ipsum abūdè docet. Lucifer quippe fulgentissimus in principio sue creationis, sicut sub typo regis Babylonis ei attestatur Esaias, & tamen cecidit, eodem Propheta testante, & detracta est ad infernum superbia eius, & ad profundum lacus. De qua re & Saluator: *Videbam*, inquit, *sathanam quasi fulgur cadentem de cœlo*. Iustos autem gratiam Dei amittere posse, & iniustos eam recuperare, quod negabat Iouinianus, cùm ex alijs, tum ex Ezechiele liquere potest. *Cùm auerterit se iustus* (inquit) *à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis, in iniustitia quam operatus est, morietur. Et cū auerterit se ab impietate sua quam operatus est, et fecerit iudiciū et iustitiā, ipse animā suā viuificabit, cōsiderās enim et auertēs se ab omnib⁹ iniquitatibus suis, quas operatus est, vita viuet et nō morietur*. Neq; est quod quispiā Ioannē Apostolū prædictis cōtrarium

nonnunquā in gratia. Iusti item gratiā Dei amittere possunt, & iniusti eam recuperare.

Esaiæ. 14.

Luc. 10.

Aug. lib. 11. de ciuit. Hierony. in Esaiam.

38. 5. Ezech. 18.

Solutio obiectionis.

2. Ioan. 3. rium existimet, inde adeo quòd dixerit: *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniã semẽ ipsius in eo manet, & non potest peccare: quoniã ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli. Omnis qui non est iustus non est ex Deo.* Hæc ille, & plura in eã sentẽtiam. Ex quibus verbis Pelagiani colligebãt, iustos omne peccatum deuitare posse. Nam hæc ita intelligenda sunt, vt Augustinus et alij permulti interpretãtur, nõ posse scilicet stare simul natiuitatẽ diuinã & peccatũ mortale. In quẽ sensum interpretatur Hieronymus verba illa Christi. *Non potest arbor mala bonos fructus facere*, nam sensus est, ait: Quamdiu est arbor mala, ab ea nõ potest prodire fructus bonus. Nam si hæc verba intelligenda essẽt quemadmodũ Pelagiani senserũt, parua epistola, vt Hieronymus ait, in primo contra Pelagianos, esset sibi contraria. Quandoquidem Ioannes in eadem Epistola scriptũ reliquit: *Si dixerimus quia peccatum non habeamus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Et mox: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* Quòd si opposueris, inquit Hieronymus, quare dixerit, & non potest peccare, quia ex Deo natus

17. 28.

Hieron. in 7. Matth.

288. 13.

tus est. Audies inquit, & vbi erit præmium voluntatis? si enim ideo nō peccat, quia peccare non potest, liberū tolletur arbitriū, & nequaquam nostrum fiet, sed naturæ bonū quæ peccata non capiet. Non igitur ex verbis prædictis Ioānis aliud quid haberi potest, quàm iustos neque peccatum admittere mortale, neque posse admittere quādiu in iustitia Dei & adoptione perseuerant, & semen Dei, id est, gratia in illis permanet. Si enim Ioannes illis verbis sensisset iustos, siue ex Deo natos iustitiam suam seu natiuitatem diuinam amittere non posse, certè nō dixisset: *Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat. Quia si in vobis permānserit quod audistis ab initio, & vos in filio & patre permanebitis.* Et statim: *Et vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis, & sicut docuit vos manete in eo.* Quorsum enim ad permanendū in doctrina & gratia accepta hortatus fuisset, si perdere illā nō possimus? Sunt qui aliter verba Ioannis interpretantur, quorum interpretationes missas facio. 1. Ioan. 2.

DE SACRAMENTIS.

SEd de Sacramentis quemadmodum propositum erat dicamus. *Sacramentum.*

Sacramentum in literis sacris significat id quod Græci mysterium dicunt, quod sacrum secretum aut religiosum arcanum dici potest, à verbo Græco μύω, id est, claudo, & τηρεῖν custodire. In qua significatione accipitur tripliciter. Primò latius, quando scilicet significat omne religiosum arcanum seu omnem rem sacram absconditam, etsi alterius rei signum non sit, vti dicimus Sacramentum diuinitatis, sic Paulus Ephesijs scribens, ait: Deum nobis Sacramentum suæ voluntatis notum feciſſe secundum beneplacitum suum, quod alijs generationibus est agnitum. Itidem ad Timotheum scribens innuensque ipsum Christum magnum esse pietatis sacramentum, quòd inuisibilis existēs, *Manifestatus est in carne*, ait: Magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne. Secundò sacramentum dicitur sacræ rei signum, quod eius similitudinem gerit cuius signum est, vt figuræ & signa veteris testamenti sacramenta appellantur. Tertiò sacramentum peculiariter significat sacramenta nouæ legis, quæ sunt signa visibilia inuisibilis gratiæ Dei, quam Deus certò et efficaciter in ipsis operatur, modo ritè nec indignè tractentur. Numerātur autē nouæ legis sacramen-

Sacramenti acceptio triplex.

1

Ephe.3.

1.Timo.3.

2

3

Sacramēta nouæ legis.

ta

ta ſeptem, Baptiſmus, Cõfirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium. Horũ quinq; ad ſpiritualem vniuſcuiuſque hominis in ſeipſo perfectionẽ, duo vltima ad totius Eccleſiæ regimen, multiplicationemque ordinata ſunt. Per Baptiſmum enim ſpiritualiter renaſcimur. Per confirmationem augemur in gratia, & roboramur in fide. Renati autem & roborati, nutrimur diuina Euchariſtiæ alimonia. Quòd ſi per peccatum ægritudinem incurrimus animæ, per pœnitentiam ſpiritualiter ſanamur: ſpiritualiter etiã & corporaliter (prout animæ expedit) per extremam vnctionem. Per ordinem verò Eccleſia gubernatur, & multiplicatur ſpiritualiter: per matrimoniũ corporaliter augetur. Inter hæc tria ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignũ à cæteris diſtinctũ, imprimunt in anima indelibile. Vnde in eadem perſona non reiterantur. Reliqua verò quatuor characterem, nõn imprimunt, & reiterationẽ admittunt. Sacramẽta duabus potiſsimùm de cauſis diuinã authoritate inſtituta ſunt. Altera vt ſint ſigna, & notæ quædam magnæ illis congregationis, quæ eſt Eccleſia. In nullum enim nomen coa-

Effectus ſacramẽtorũ.

Characterẽ imprimẽtia ſacramẽta.

Sacramenta quare inſtituta.

Aug. contra Faust. li. 19 gulari homines possunt, ait Augustinus, nisi aliquo signaculorũ vel sacramentorum visibilium consortio colligentur. Altera verò est, vt non solũ significent, sed etiam sanctificẽt & conferant inuisibilem Dei gratiã, non propria rerũ externarum virtute, aut merito ministri: sed Domini instituentis ac secretius operantis. Itaq; etsi decet bonum esse sacramentorũ ministrum, tamen malus etiam potest ea vtiliter dispensare. Non enim pendent sacramenta ex dignitate ministrorũ, sed ex mandato & ordinatione diuina. Clamat cõ

1. Cor. 1. tra Corinthios Paulus, quòd æstimarunt Baptismi gratiam à ministris, dicentes: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cephæ, ego verò Christi.* Quasi diuisus esset Christus, vel Paulus, vel Apollo pro ipsis crucifixi, aut in nomine Pauli, & non potius Christi baptizati essent. Atque hinc liquet quantum differebant Sacramenta legis nouæ à veteris legis sacramentis. Illa enim non conferebant gratiam Dei, sed eã solùm per passionẽ Christi dandã figurabant: hæc verò & continẽt gratiã, & ipsam dignis suscipientibus conferunt. Quamuis autem Deus omnipotens potuit sine omni visibili forma, gratiam suam nobis donare: tamen quoniam carnales sumus,

Differentia inter sacramenta veteris & nouæ legis.

Sacramẽta tur sub visibili forma instituta.

mus, & ad spiritualia capessenda admodum tardi, carne existente infirma, multoque plus nos afficiunt quæ oculis cernimus, quàm quæ aurium sensu percipimus: idcirco vt eam gratiam quã nobis in ara crucis moriẽdo Christ⁹ promeruit, participemus, & nobis applicemus, sub forma visibili Sacramenta instituit, quæ suo verbo & promissione firmauit, & inter initia sacramẽtorum, visibilibus signis, ac miraculis, vt sciremus per eorum legitimum vsum, fructum suæ passionis nobis efficaciter & certò communicari.

Sacramẽta quibus perficiuntur.

Sacramenta omnia tribus perficiuntur, videlicet rebus tanquã materia, verbis tanquam forma, et persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciẽdi quod facit Ecclesia. Quorum si aliquid desit, non perficitur Sacramentum. Primum omnium sacramentorum locũ tenet bãptismus, quod vitæ spiritualis est ianua. Per ipsum enim membra Christi, ac de corpore effi cimur Ecclesiæ. Et cùm per primum hominẽ mors introierit in vniuersos, nisi ex aqua & Spiritusancto renati fuerimus, non possumus (vt inquit Christus) in regnum cœlorum intrare. Est igitur Baptismus Sacramentum, quo homo regeneratur in nouam creaturam,

Ioan. 3.
Baptismus
Ephe. 2.
69.3.

turam, cùm aliâs sit filius iræ. Baptismus Græca vox est, significás tinctionem, lotionem. Quamobrem vocabulum genere acceptum, etiam ad lotionem rerum externarum accommodatur, vt apud Marcum: *Pharisæi, & omnes Iudæi à foro venientes, nisi baptizentur, non comedunt*. Materia huius sacramẽti est aqua vera, & naturalis, id quod colligitur ex verbo Christi: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritusancto, nõ potest introire in regnum Dei*. Forma autem est: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti, à Christo tradita in Euangelio, cùm præcepit Apostolis, vt in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti baptizarent. In quod quidem verbum imprimis intuendum est: In aqua enim verbum mũdat. Detrahe verbum (vt ait Augustinus) & quid est aqua, nisi aqua: accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Cùm igitur dicit minister: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti: sensus verborum est: Hoc visibili signo tecum paciscor, attestor te recõciliari Deo, te recipi à Deo, qui est pater & filius & spiritussanctus. Minister sacramenti huius est sacerdos, cui ex officio competit baptizare. In causa tamẽ necessitatis nõ solum

Mar. 7.

Materia Baptismi.

Ioan. 3.

Forma baptismi.

Matth. vlt.

Augustin. in Ioan.

Ministerium sacramenti Con. Flor.

28. 1. 6.

sacerdos, vel Diaconus, sed etiam laicus, & mulier, imò etiã gentilis, & hæreticus baptizare potest, dũmodo formam seruet Ecclesiæ, & facere intendat, quod facit Ecclesia.

Baptismus triplex.

Baptismi triplex genus, fluminis, flaminis, & sanguinis. Fluminis baptismus est, quo Ioannes baptizabat, qui nõ habebat remissionem peccatorum, sed pœnitentiam solã afferebat hominibus. Quod autem Marcus Euãgelista scribit Ioãnem prędicasse baptismũ pœnitentię in remissionẽ peccatorum, intelligendũ est, illũ prædicasse baptismum pœnitentiæ, hoc est, prædicasse, quò ferret baptismus pœnitentiæ, nẽpe in remissionem peccatorũ. Vt quando dicimus: Venit quidã satelles Regis, prædicans ciborum prępparationem, vt bene fiat his qui prępparãt cibos regios: non dicimus hoc, quòd satelles bene facturus sit his, qui præparant regios cibos, sed quòd ipse prædicarit præparationem ciborum, vt hi qui illos præpararint, Regemque susceperint, beneficia consequantur. Sic igitur & hoc loco prædicauit pœnitentiam, vt hi qui pœnitentiã egerint., suscepto Christo, remissionẽ peccatorum consequantur.

Baptismus Ioannis.

Marc. 1.

278. 4.

Theoph. in Marcum.

Flaminis baptismus.

Flaminis autem baptismus, est spiritussancti, quem instituit Christus.

San-

Baptismus sanguinis. Cyprianus. Sanguinis verò, quo infantes ab Herode occisi, sunt initiati. De quibus Cyprianus: Hi nuper cruore lacteo loti, primitias Baptismi martyrio consecrarunt, tradentes posteris formam, vbi articulus necessitatis excluserit moram, non minus ad lauacrum animæ sanguinem efficacem, quàm sanctificatas verbis aquas, maximè cùm nec sanguis hoc elemento careat, sed aquarū motu per totum corporis alueum fluat. Spiritus verò sanctus & aquis & sanguini superfertur, q̃ subiectos sibi fouet & abluit, quo baptisante, idem occisio quòd mersio operatur: hæc ille.

349.5.

Confirmatio. Secundum sacramentum est Confirmatio, in qua Spiritus sanctus datur ad robur & augmentum virtutis, quo adversus peccatorum, mundi, diaboli insultus homo confirmetur, nullisq; terroribus à Christi confessione separari queat. Ideoque in fronte, vbi verecundiæ sedes est confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipuè crucem eius: *Quæ* (vt Paulus ait) *Iudæis est scandalum, Gentibus autem stultitia.* Propter quod signo crucis signatur. Eius Sacramenti exemplū est in Actibus Apostolorum, quādo Apostoli his qui erāt in Samaria imponebāt manus, & orabant, vt acciperent Spiritum.

Cur vnctio in frōte fit.

1. Cor. 1.

Exēplū confirmationis actuum. 8.

tumsanctum. *Nondum enim* (scribit Lucas) *in quempiam ipsorum venerat, sed baptizati tantùm in nomine Domini Iesu.* Quin & illud ad confirmandū hoc sacramentū pertinet, quod Apostolis accidit: qui cùm accepissent spiritumsanctum, insufflante in eos Christo, vt scribit Ioannes, ijdē tamen acceperunt Spiritumsanctum in die Pētecostes, vt testatur Lucas. Illic enim spirituale donum, vt peccata remitterēt: hic verò aliorum charismatū virtutē acceperant. *Ioan.20.* *Act.2.* *Theoph.*

Materia confirmationis, est Chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ & balsamo, quo significatur odor bonæ famæ, per Episcopū benedicto. Significat aūt Chrisma idem quod vnguentum seu vnctio. Et quanquam sacramentum Confirmationis initio impositione manuum tantùm celebratum fuit: tamen Ecclesia sub ipsis statim Apostolorum temporibus, ex eorundē (vt grauissimi scriptores docent) traditione, vt externo signo internam Spirituſſancti vnctionem designaret, ritui eius adhibuit Chrisma. Quo cùm in veteri lege Reges & Sacerdotes vsi sunt, non immeritò & Christiani Spirituisancto vncti, vtūtur, quippe qui facti sunt (testante Petro) regale sacerdotium, quòd *Materia cō firmationis* *Chrisma.* *Solutio obiectionis.* *1. Petr.2.*

quòd scilicet illi spirituales hostias offerant, sintque de vice eius, qui est Rex & sacerdos in æternum.

Forma confirmationis

Forma confirmationis est: Signote signo Crucis, et confirmo te Chrismate salutis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti.

DE SACRAMENTO Eucharistiæ.

Sacramentū Eucharistiæ cur institutum à Christo.

1. Cor. 11.

SAcramentum Eucharistiæ ex instituto Christi sumitur: Primùm, vt recolatur passio Christi, et summa Dei in genus humanum beneficia, & amor, atque ita Deo agātur gratiæ. In quam sententiam dixit Paulus: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* Vnde à quibusdā sacramentum hoc Eucharistia dicitur Græco vocabulo, id est, gratiarum actio, seu gratitudo, quòd scilicet gratissimis animis mortē Christi recolere debemus. Deinde vt significetur & confirmetur arctissima coniunctio mystici corporis cum capite, hoc est, Christi & Ecclesiæ, ad quem modum dixit Paulus: *Vnus panis & vnum corpus multi sumus, qui de vno pane, & de vno calice participamus.* Christus item apud Ioannem:

Eucharistia.

285. 4.

1. Cor. 10.

Qui

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Eam ob rem Sacramentū hoc Græcis dicitur Synaxis, id est, conciliatio siue communio. Postremò, quòd hoc sacramento dignè sumpto gratia augetur, & vita spiritualis acquiritur. De qua re Christus loquitur: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.* Item: *Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*

Ioan. 6.

Synaxis.

Ioan. 6.

Materia eius Sacramenti est panis triticeus, azymus seu fermentatus, & vinum. Idque aptissimè: Quamadmodum enim ex multis granis conficitur vnus panis, & ex pluribus acinis vinum confluit: sic Ecclesia, quæ est corpus mysticum ex multis fidelibus, charitate copulante connectitur. Et sicut panis hic terrestris imbecillitatem carnis nostræ reficit & conseruat, & vinum hominem lætificat: sic sacramentum Eucharistiæ interiorem reficit & lætificat, cùm intelligit per Christum se adeptum esse omnia. Constat autem sacramentum Euchari stiæ duobus, visibili elementorum specie, & inuisibili Dñi nostri Iesu Christi carne & sanguine. Neque enim illic

Materia sacramenti Eucharistiæ.

Con. Flor.

Quibus constat sacramentū Eucharistiæ.

lic videtur corpus & sanguis Christi, nisi per accidēs, quatenus videtur species & signa, sub quibus latet verū corpus Christi, & sanguis. Vt Christus ipse testis est locuples, cū diceret: *Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo.* Et Paulus: *Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* Quòd verò corpus Domini post cōsecrationem vocat scriptura panem, id fit per metonymiam, qua plærunque materia ponitur pro materiato, vt dicitur. Vt inter cætera illud Ecclesiastici: *Quid superbis terra & cinis?* Sic corpus Domini nostri Iesu Christi panis dicitur, quòd ex pane fit, & panis qualitates retinet.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

Solutio obiectionis.

Eccle. 10.

Forma Eucharistiæ.

Forma huius Sacramenti, sunt verba Saluatoris, quibus hoc conficitur sacramentū: *Hoc est enim corpus meū, &c.* Quæ verba Sacerdos in persona Christi loquens hoc sacramentum conficit. Nam ipsorum verborum virtute, substantia panis in corpus Christi, & substantia vini in sanguinem conuertuntur, ita tamen vt totus Christus contineatur sub specie panis, & totus sub specie vini, sub qualibet quoque parte hostiæ

Con. Flor.

hostiæ consecratæ, & vini consecrati (separatione facta) totus est Christus. De quo Ecclesia canit: Fracto demum sacramento, Non vacilles, sed memento, Tantum esse sub fragmento, Quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura, Signi tantùm fit fractura, Qua nec status, nec statura, Signati minuitur. Sub diuersis speciebus, Signis tantũ, & non rebus, Latent res eximiæ: Quod nõ capis, quod non vides, Animosa firmat fides, Præter rerũ ordinem. Miraris quòd in qualibet parte Eucharistię totũ corpus & integrum manet: cur non miraris, quòd in speculo repræsentatum, in qualibet eius parte relucet integrũ? Cur non miraris, quòd vox eadem à proferente edita, omnium auribus integra accipitur? Miraris, quòd corpus in tam parua hostia, vt dicitur, continetur: cur non miraris, quòd exigua oculi pupilla montem vel maximum apprehendit? Sed hic captiuandus intellectus. Neque religio Christiana argumenta requirit, sed fidem, At ea de re aliâs latius.

DE

DE POENI-tentia.

SVpereſt vt de Pœnitentia dicamus, Chriſtus pro his qui in peccata poſt baptiſmum labuntur, ſacramẽtum inſtituit Pœnitentiæ, cùm dixit, *Accipite Spiritum ſanctũ, quorũ remiſeritis peccata, remittũtur eis: quorum retinueritis, retenta ſunt.* De hac pœnitentia ſcriptum eſt illud: *Memor eſto vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Et alibi: *Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur.* Prouide grauiſsimi authores pœnitentiam, ſecundam tabulam poſt naufragiũ deperditæ gratiæ, aptè nuncuparunt. Pœnitentia dicitur, quaſi pœnæ tenentia, quòd pœnam teneant pœnitentes, & ſeipſos puniant pro admiſsis peccatis.

Ioan. 20.

Apoca. 2. 213. 17.

2. Cor. 4.

Pœnitẽtiæ Etymon.

Pœnitentiæ partes. Con. Flor.

Pœnitentia conſtat quinque partibus, ceſſatione à peccatis, deteſtatione, confeſsione, abſolutione, & ſatisfactione. Quidam tres partes pœnitentiæ ponunt, contritionem, confeſsionem, ſatisfactionem. Verùm hi cõprehendunt ſub contritione ceſſationem à peccatis, ſub connfeſsione verò abſolutionem. Nonnulli fidem faciunt partem pœnitentiæ: verùm illa eſt

Fides.

funcio-

fundamentũ omnia operis boni. Nam niſi crediderimus, labuntur nobis omnia.

Ceſſatio à peccatis.

De ceſſatione à peccatis, teſtis eſt inter cæteros Eſaias, qui vt impius inueniat miſericordiam, primas partes tribuit ceſſationi à peccatis, dicens: *Derelinquat impius viam ſuam, et vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius.* *Eſaiæ. 55.* Et Paulus admonere volens Romanos, vt induerent arma lucis, prius admonuit, vt abicerẽt opera tenebrarum. *Roman. 6.* Et ſimiliter ad Corinthios: *Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azymi.* *1. Cor. 6.* Huc & illud prouerbium Petri pertinet, de hominibus qui in eadẽ vitia reuoluuntur: *Canis reuerſus ad ſuũ vomitũ, & ſus lota in volutabro luti.* *1. Pet. 2.* Porro ceſſatio eſſe debet, quæ ex propoſito & firma animi deliberatione proficiſcitur.

Deteſtatio peccatorum

Deteſtatio autem peccatorum neceſſaria eſt, quòd peccata ita abijcere poſſumus, ſi nobis diſpliceãt. Sub hac, vt dictum eſt, contritio comprehenditur, quæ eſt vehemens animi amaritudo, ac intimus dolor conſcientiæ, quæ Deum iraſci peccatis ſentit, & peccaſſe grauiter dolet, cum voto vitam in melius cõmutandi. *Contritio.* Hæc, vt plurimùm, incipit & concipitur fide hiſtorica, & *Cõtritio vñ de incipit.*

Differentia veræ et falsæ pœnitentiæ.

timore seruili, sed non perficitur nisi de syncera, & timore filiali. Qui quidē timor cum fide coniunctus, veram pœnitentiam à falsa discernit, & contritionem non verè pœnitentis, ab ea quæ est verè pœnitentis. Impius enim concepto timore seruili ex metu supplicij, atque ibi consistens in desperationem adigitur. Quod videre est in Cain, Pharaone, Iuda traditore, & cæteris. Contra quos Deus clementer respicit in hoc dolore constitutos: hi qui ex timore per fiduciam misericordiæ, ad timorem filialem gradum fecerint, tum demum ad veram pœnitentiam contristantur. Quales fuere: Dauid, Niniuitæ, Maria Magdalena, & cæteri.

Apoca. 5. Qui non vt impij obdurant, sed scindunt corda sua, Deo ante ostium stanti, ac pulsanti, aperientes. Ad hanc pœnitentiam interiorem passim nos scriptura prouocat. *Scindite* (Inquit Ioël) *corda vestra & non vestimēta vestra.* Et

Ioēl. 2.

Isaiæ. 66. Esaias ait: Dominum habitaturum in corde contrito & humiliato. *Sacrificium enim Deo* (ait Psalmographus) *spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Quamuis autem sanctior est pœnitentia, quam timor filialis, in bonitatem Dei respiciens, inchoat & format: tamen quia est hæ-

Psal. 50.

fragilitas humana, & imperfectio, vt non facilè attollant oculos ad bonitatem Dei, nisi prius irā sensérint. Quēadmodum ait Psaltes: *Quū occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad Deum.* Proinde placuit grauissimis authoribus pœnitentiæ doctrinam à timore seruili non ineptè ordiri. Hinc comparant illi timorem setæ. Vt enim per setam linum introducitur, sic per hunc timorem, charitati locus præparatur. Et nisi seta exeat, non succedit linum. Ab hac timoris incussione, doctrinam pœnitentiæ Ioannes exorsus: *Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum, excindetur, & in ignē mittetur.* Nec aliter Christ⁹: *Nisi pœnitentiā habueritis, omnes simul peribitis.* Et alibi: *Nolite timere eos, qui occidūt corpus, animā verò occidere non possunt, sed potius timete eum, qui potest, & corpus & animam mittere in gehennam.*

Psalm. 77.

Similitudo

Marc. 3.

Luc. 13.

Ioan. 14.

Matth. 10.

332. 20. Hilar. in Psal.

CONfessio est duplex: laudis, & peccatorum: hæc posterior est pars pœnitentiæ. De laudis confessione est illud Christi apud Matthæum: *Confiteor tibi pater, Domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus.* Et illud

Matth. 11.

Psal. 66.

Psalmographi: *Confiteantur tibi populi Deus.*

Confessio peccatorum triplex.

Confessio peccatorum est triplex. Vna interior, qua soli Deo peccata confitemur, eius misericordiam implorantes. De qua illud est Dauidis: *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatē peccati mei.*

Psalm. 31. 289. 27.

Psal. 50.

Item illud: *Quoniam iniquitatem meam agnosco, & peccatum contra me est semper.* Altera confessio est fraterna. De

Confessio fraterna.

qua illud est Christi apud Matthæum: *Si offers munus tuum ad aram, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque illic munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum.*

Matth. 5.

Iacobi. 5.

De eadem & illud Iacobi intelligi potest: *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini.*

Confessio quæ fit sacerdotibus.

270. 27.

Tertia, quæ fit sacerdotibus, habētibus

leg-

legitimam potestatem remittendi peccata, qui quidē sacerdotes legatione (vt Paulus ait) funguntur pro Christo: illisq; data potestas dimittendorum peccatorum per Christū, cùm diceret: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, retēta sunt.* Ea in vniuersum est duplex: publica, & secreta. Publica, quę fit per sacerdotes nomine totius populi, ac ipsum etiā populum comitantē verbis sacerdotem. Eius exemplum est apud Neemiam: vbi populus confitetur peccata sua, & iniquitatem patrū suorum. Et in Leuit. præceptū erat, vt Episcopus posita vtraq; manu super hircū quem offerebat, confiteretur omnes iniquitates filiorum Israël, & vniuersa debita. Priuata autem, quæ & sacramentalis à patribus dicitur, est quando secretò fit peccatorum confessio sacerdoti, legitimā potestatem habenti remittendorum peccatorum. Qui quidē sacerdos grauatam conscientiam habentibus, consiliū, consolationē, & absolutionē dat. Eius confessionis exemplū est, vt grauissimi authores tradūt, apud Matthæū; in populis Ioanne baptizante peccata confitentibus. Et Actuū. 19. Vbi scribitur, multos credentiū venisse ad Apostolos, confitentes & annun-

2. Cor. 5.

Ioan. 20.

Confessio publica & secreta.

Neem. 9.

Leuit. 19.

Confessio priuata.

266. 24.

Sacerdos quid confe rat pœnitenti.

Matth. 3.

Actu. 19.

ciantes actus suos. Quin & Christus
331.2. ipse, cum Apostolis, eorumq; successoribus potestatem dedit dimittēdorum
Ioan. 20. peccatorū, vt scribitur apud Ioannem, certè cōfessionē tacitè indicauit. Quid enim soluet sacerdos, si nihil ei confessum fuerit? Eius secretæ confessionis
Cyp. Am. 5 de lapsis. est mentio crebra apud Cyprianū, Dionysium, & cæteros vetustissimos. Con-
Dionysi. ad Demophilū fessionem sacramentalem quidā aiunt sufficere quandoq; saltem in voto, vel suo tempore faciendam, quòd non sit necessaria ad reparationem lapsi con-
And. Vega. fessio, sicut cessatio à peccatis, & corū detestatio: satis quippe esse aiunt, votū seu propositū confitendi, tempore quo peccator ad id astringitur, videlicet semel in anno ex statuto Ecclesię, & tempore susceptionis Eucharistiæ, & in periculo mortis, ex iure diuino.

DE ABSOLVtione.

Absolutio. ABsolutio, est solutio à peccatis per sacerdotem facta, virtute diuina sibi collata. Cuius potestatis illius testimonium apud Ioannem Christi
Ioan. 20. loquētis ad Apostolos: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum*

rei-

retinueritis, retenta sunt. Et illud apud Matthæum: *Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlo: Et quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* *Matth. 16.*

Forma absolutionis: Ego absoluo te à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti. Quę huic promissioni innixa est: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Addũtur quædam precationes sub absolutionem. Quòd verò manus sacerdotis super caput pœnitentis imponitur, indicat manũ Dei, hoc est, diuinã virtutem, seu Spiritussancti gratiam, emundantem ac sanctificantem, & sacramento adesse. Præterea manus impositio apud veteres, signum erat reconciliationis. *Forma absolutionis.* *Ioan. 20.*

DE SATISFACTIONE.

SAtisfactio, quæ est pars pœnitentiæ, intelligitur ea, quæ fit per ieiunia, eleëmosynas, orationes, & alia pia vitæ spiritalis exercitia. Non quòd vim hæc inferant Deo, vt velit nolit, ea acceptet pro peccatis, nam ex sola misericordia ea remittit, & nostras quales quales satisfactiones ex benignitate & clementia acceptat: quas

quidem satisfactiones post dimissam culpam per contritionẽ & absolutionem, ipsi sponte, vel ex consilio & inunctione sacerdotũ subimus. Nec ex natura sua tantus illis valor cõuenit, vt possint censeri merita ex condigno. Nã (vt Paulus ait) *non sunt condignæ passiones ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* Vt autem ea planius intelligãtur, sciendum est duplicẽ esse satisfactionẽ. Vna est meritoria remissionis peccatorum, & abolitoria mortis æternæ. Hæc soli Christo tribuitur: *Qui* (vt Paulus ait) *dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem sectatorẽ bonorum operum.* Cui & Ioannes subscribit, dicens: *Christum factum esse propitiationem pro peccatis nostris, & non pro nostris tantùm, sed & pro totius mundi.* Id autem verum est quò ad sufficientiã, licet non efficientiam, quòd non omnes sibi hunc satisfactionis Christi fructũ applicari curent. Applicatur autem hæc satisfactio à Deo per veram contritionem & fidem. Altera, est satisfactio in priore fundata, quæ fit, vt dictum est, per ieiunia, eleëmosynas, & orationes, & alia pia vitæ spiritalis exercitia, nõ pro æterna pœna, quia dimissa culpa nullus reatus manet ad pœnam æternam,

Roma.8.

Duplex est satisfactio.

Titum.2.

1.Ioan.2.

Satisfactio Christi quo modo applicetur.

nam, sed ad expiandas peccati reliquias, aut pro pœna temporali, quæ non semper cum culpa dimittitur lapsis à gratia baptismali. Cuius quidē rei est exemplum in Dauide. Quem cùm Nathan Propheta de adulterio cum Bersabee, & de homicidio Vriæ obiurgasset, illeq; cōpunctus corde dixisset: *Peccaui Domino.* Mox audiuit ab eodē Propheta: *Transtulit quoque Dominus peccatum tuum.* Sed ne quisquā putaret, dimissa culpa, nullam superesse exoluendā pœnam, statim adiecit: *Veruntamen, quia blasphemare fecisti inimicos nomē Domini, propter verbum hoc filius, qui natus est tibi, morte morietur.* Neq; hoc contentus Dominus, grauibus alijs malis, quæ Propheta comminatus est, Regem affli xit, stuprata est filia, coniuges, interfecti filij Ammon & Absolon, ipse maximo cū dedecore expoliatus regno, Hierosolymis discesit. Maria soror Moysis iubente Domino, septem diebus leprosa mansit extra castra, tametsi ad preces Moysis, detractionis culpam ei Deus dimiserat. Moysi orāti pro incredulitate & diffidentia sui populi, cū respondisset Dominus: *Dimisi iuxta verbum tuum.* Et tamen statim addidit: *Attamē omnes homines, qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in*

2. *Reg.* 12.

2. *Reg* 13.

Mumer. 11.

Num. 14.

Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, neque obedierunt voci meæ, non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum. Et ipse Moyses, Aaron absoluti à peccato incredulitatis apud aquam contradictionis, adhuc manserunt rei, vt non ingrederentur in terram promissionis. Item abolito peccato originali per Baptismum non simul tamen abolentur eius peccati pœnæ, quæ sunt omnia corporis incommoda, atque adeò mors ista corporalis. Huc pertinet illud Seruatoris, quando exprobrat Corozaim, & Betsaidæ, qui non in cilicio & cinere pœnitentiam agerent, quam olim fecissent Tyrus & Sydon, si factæ fuissent virtutes, quæ fiebant in ipsis. Item illud: *Eleëmosyna liberat à peccatis.* Et quod Daniel consulit Nabugodonosori, vt peccata sua eleëmosynis, & iniquitates suas misericordia in pauperes redimeret. In quibus locis appellatione peccati, pœna pro peccato debita intelligēda est. Sunt & aliæ rationes satisfactionis, nimirum, vt sit in Ecclesia disciplina, maximè in coërcendis publicis delictis, deinque vt cæteri à flagitijs dehortētur. Habet autem pœnitētia suam materiam, & formam. Materia est actus pœnitentis, & dolentis de peccatis commissis.

Num. 20.

Peccatū Originale, de quo ante.

Matth. 11.

Tobiæ. 4.

Dan. 4.

Materia & forma pœnitentiæ.

For-

Forma autem est absolutio. Et cùm omnes quinque partes pœnitentiæ, ad perfectam absolutionem peccatorum vt plurimùm necessariæ sint, tamen solæ duæ, confessio & absolutio, ex consensu omnium ad essentiam huius sacramenti requiruntur. Neque in confessione aut detestatione, aut satisfactione virtus est ex opere operato (vt dicitur) remissiua peccatorũ, sed duntaxat in absolutione.

De partibus pœnitẽtiæ propositiones quædam.

DE SACRAMENTO Ordinis.

SAcramẽtum Ordinis, est quoddam signaculum Ecclesiæ, quo spiritalis potestas traditur ordinato, qua suscipiens consecratur. Institutum est autem sacramentum ordinis, cum signo impositionis manuum, et alijs huic sacramẽto congruẽtibus ritibus, quo qui cõsecrarentur ad munera Ecclesiæ acciperẽt gratiã, qua ad eadem ipsa munera administranda apti, habiles, atq; idonei efficerentur. Hinc illud Apostoli ad Timotheũ: *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiã, cũ impositione manuũ presbyterij.* Hoc aũt sacramentũ verbis Christi nititur: *Sicut me misit pater, ita & ego mitto vos. Accipite*

1. Tim. 4.

Ioan. 20.

293.24. Marc.16. Matth.vlt. Lucæ.12. *Spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis.* Item: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangeliũ omni creaturæ.* Itẽ: *Euntes docete omnes Gentes, baptizãtes eos.* Itẽ: *Hoc facite in meam commemorationem.* Quibus igitur in perpetua Ecclesiæ successione manus imponunt Episcopi, vt ordinibus initientur, potestatẽ muneris sui exequendi dant. Ea autem potestas est dupler ordinis, & iurisdictionis. Sub alteram cadit ministerium verbi diuini, administratio Sacramentorum, & Ecclesiarum ordinatio ad ædificationem. Sub alteram verò potestas excommunicandi. Quamuis autem omnes Christiani sunt Sacerdotes, quatenus spirituales hostias Deo offerre, & nomen eius in omni loco vtiliter inuocare possunt, non omnes tamen sunt Ecclesię ministri tales, quales sunt in hoc ritè ordinati. Vnde duplex sacerdotium esse dicitur. Vnum internum & spirituale, quod est omnibus Christianis, sal-

Potestas sacerdotum duplex.

Solutio obiectionis.

Sacerdotiũ duplex.

293.24. tem pijs, commune, qui Christi summi sacerdotis ac Regis mẽbra per baptismum sunt effecti. De hoc sacerdotio intelligitur illud Petri Apost. quo alloquitur omnes Christianos: *Vos estis genus electum, regale sacerdotium.* Item

2.Petr.6. lud in Apocalypsi: *Dilexit nos & lauit*

nos

nos à peccatis nostris in sanguine suo, et fecit nos regnũ et sacerdotes Deo patri. Aliud sacerdotium & regnum est externum, de quo paulò ante dictũ est, gratia scilicet quædam & potestas, quę per traditionẽ visibili quodam signaculo baptizatis infunditur, cùm per manus impositionem ad munus aliquod in Ecclesia publicè gerendũ ritè ordinantur. Hoc sacerdotium duplex, & in veteri testamento reperitur. Siquidem de interno Iudæis dicitur: *Si audieritis vocẽ meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculiũ de cunctis populis, & in regnum sacerdotale:* nimirum spirituale. De externo verò sacerdotio Deũ Moysi præcepisse legimus quum ait: *Aaron & filios eius vnges, & sanctificabis eos, vt sacerdotio fungantur mihi.* Eius sacerdotij munus sibi vsurpans Rex Ozias, monente Azaria ne id faceret, lepra in fronte perfusus est. Ad distinctionẽ eius sacerdotij præter ea quæ dicta sunt, pertinet illud Pauli: *Dedit*, inquit, *quosdam quidem Apostolos, quosdã autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores.* Ordinum ecclesiasticorũ alij minores, alij maiores sunt. Minores quatuor: ianitorũ seu ostiariorũ, lectorũ, exorcistarũ, acolythorum. Maiores tres, sacerdotum, diaconorum, &

Exod. 18.

Exod. 28.

3. Para. 26

Ephe. 4.

Ordinũ ecclesiasticorũ alij minores, alij maiores.

Ianitores. hypodiaconorum. Ianitores dicebantur, quibus custodia templi commissa erat, in hoc potissimũ, vt astantes templi foribus, indignos à templo arcerẽt: vtpote infideles, hæreticos, excommunicatos, & cæteros eiusmodi. Præterea ostiarij custodiam habebant rerum ad vsum Ecclesię pertinentium. Lectores, qui lectiones quotidie ex scripturis diuinis publicè in Ecclesia recitabant, quemadmodum etiamnũ in precibus horarijs ad clerum recitantur. Exorcistæ Græcè, Latinè adiurantes dicuntur, qui super vexatos ab immundis spiritibus, aut agitatos dæmoniacis illusionibus vel terriculamentis, nomẽ Domini inuocabant, & spiritum immundum compescebant: quod munus etiam synagoga nouerat, quemadmodum caput decimumquartum Actuum ostendit. Acolythi sunt, qui cõstitutos in maioribus ordinibus proximè comitarentur. Acolythus enim Græcè, Latinè assectator dicitur: his postea mandatum est vt cereos quum in Ecclesia Euangelium legeretur, & sacrificiũ laudis celebraretur, presbyteris ac diaconis anteferrẽt, idq; in signũ lætitiæ, vt vel sic fidelium animi cerimonia exteriori incitarẽtur ad contẽplandam Euangelij lucem, & ad mentẽ erigendam ad Chri-

Lectores.

Exorcistæ.

Act. 14.

Acolythi.

Ioan. 1.

stum,

ſtum, qui eſt lux vera illuminans omnem hominẽ venientem in hunc mundum. Eorum ordinum mẽtio eſt apud Dionyſiũ Areopagitam, & in canonibus Apoſtolicis, prẽterea apud Ignatiũ martyrẽ. Quin & ad Theſſalonicenſes epiſtola ab Athenis per Tychicũ diaconum & Oneſimum acolythũ à Paulo oſtenditur eſſe miſſa, vt vel inde cõſtet & Pauli tempore acolythos Eccleſiæ fuiſſe in miniſterio eiuſdẽ. Subdiaconi, qui vaſa dominici corporis & ſanguinis ad altare deferunt, & epiſtolã pronunciant. In veteri Eccleſia officiũ erat ſubdiaconorũ, oblationes quæ à fidelibus in templo offerebantur, ſuſcipere: ac diaconis dare altaribus ſuperimponẽdas, quæ ſic in Eccleſia veteri fiebãt, vt ad victum cum ſacerdotibus ac cæteris Eccleſiæ miniſtris, tum pauperibus ſufficerent. Vnde & Paulus de collectis in ſanctos faciendis ad Corinthios diligẽtiſsimè ſcripſit. Et alibi ait: *Eum qui altari ſeruit, debere etiam de altari viuere.* Diaconi Græcè, Latinè miniſtri dicuntur: hi ſacerdotibus ſacra myſteria tractantibus aſtant, epiſtolam & Euangelium pronunciant, etſi nunc epiſtola per ſubdiaconum pronuncietur. In Eccleſia veteri diaconis diſpenſatio theſauri Eccleſiaſtici

Subdiaconi

1. *Cor.* 16.
2. *Cor.* 9.

&

& cura pauperum, & Ecclesiæ ministrorum in primis demandata fuerat, vt colligere est ex capite sexto Actuũ, vbi Apostoli dicentes non esse æquum vt derelicto verbo DEI, ministrarent mensis, iusserũt viros probatos septem eligi, qui curã eorũ haberent, quæ ad victum pertinent. Præterea erant diaconi veluti oculi episcoporũ, perscrutantes diligentius actus totius Ecclesiæ, vt referrent hæc ad episcopum, vt moneri ab episcopo posset is qui in præcipitiũ lapsurus esset. *Diaconos*, ait Paulus, *debere esse pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrũ sectantes.* Presbyteri, qui summum in Ecclesia ordinem gerunt, Latinè seniores appellantur. Quo nomine presbyter Petrus cõpresbyteros suos appellat. *Seniores* (inquit) *qui in vobis sunt, obsecro consenior, & testis Christi passionũ.* Seniores autem dicti, non tam ob ætatem, sed magis ob morũ grauitatem & sapientiæ doctrinam, quæ in ipsis quàm maximè elucere debent. Ordo presbyteratus seu sacerdotij ordine quodam officiorũ ac dignitatũ distinguitur. Nã quidã sunt episcopi Græco vocabulo dicti, Latinè superinspectores, quidam Archiepiscopi, quasi principes episcoporum. Quidam patriarchæ, hoc est summi patres.

Actuum.6

1.Tim.3.

Presbyteri.

1.Pet.5.

Episcopi.

Patriarchæ.

Ho-

Horum ante Constantinum Imperatorem numerabantur tres tantũ, nempe Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Nam principio sub Antiocheno erat Hierosolymitanus, post Constantinum additus Constantinopolitanus. Eorum summus est Romanus plenitudine administrationis ac potestatis. Cuius dignitas summo pontificatui veteris legis respondet, de quo in Deuteronomio ita scriptũ est: *Qui autẽ superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, et auferes malũ de Israël.* Est sanè hoc contra schismata magnum remediũ. Neque aliũde hæreses, ait Cyprianus, obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quã inde quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tẽpus sacerdos & ad tempus iudex vice Christi cogitatur. Cui si secundũ magisteria diuina obtẽperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegiũ quicquã moueret, nemo post diuinũ iudicium, post populi suffragiũ, post coëpiscoporum consensum iudicẽ se non tam episcopi, sed Dei faceret.

Iren. lib. 3. cõtra hære. Tertul.

Deut. 17.

Cyp. lib. 3. epist. 3.

Materia sacramenti ordinis est illud per cuius traditionem confertur ordo, sicut presbyteratus traditur per calicis

Materia sacrameti ordinis.

licis cum vino & patenæ cũ pane porrectionem. Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis vacui cum patena. Præterea pertinet ad elementum eorum ordinum impositio manuum, de qua Paulus ad Timotheum: *Manus cito nemini imposueris*. Et Actuum. 6. *Manuum impositione confirmantur septem ab Apostolis ordinati in ministerium viduarum*. Item vnctio, quæ adhibetur sacerdotio initiandis, elementum est ordinis, quæ ab vnctione legis originem habet. In collatione verò minorum ordinum dantur certa quædam instrumenta, quibus quod cuiusque ordinis munus sit exprimitur, quæ vice elementi sunt, vt Ostiario claues: Lectori liber biblicus. Exorcistæ liber exorcismorum. Acolytho candelabrum cum cereo.

Impositio manuum.

1. Tim 5.

Actuum. 6

Materia minorum ordinum.

Forma autẽ ordinis sunt verba quæ profert episcopus in ordinandis ijs qui sacris ordinibus initiantur.

DE MATRIMONIO.

Matrimonium quid.

MAtrimonium est legitima coniunctio viri & mulieris, individuam vitæ consuetudinem retinens. Legitimam quidem coniunctionẽ esse oper-

oportet, quum sunt plura ob quæ non sit legitima, vtpote cognatio, vis, &cę. quæ ab alijs describuntur. Quamuis autem sub lege patrum, vnus plures vxores duceret, & ductam aliquando dato libello repudij à se dimitteret, tamē matrimonium per Christū restauratum, *Matth. 19.* tale est, vt sit duorum tantum, hoc est, viri vnius cum vna muliere cōiunctio. Præterea vt vinculum coniugij inter duos semel colligatum, nullo amplius diuortio, sed sola alterutrius morte dissoluatur. De eo ita Christus apud Mat- *Matth. 19.* thæum: *Qui fecit* (inquit) *hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos, & dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam nō sunt duo, sed vna caro. Quos igitur Deus coniunxit, homo non separet.* Et paulò post: *Moyses* 267. 2a. *ob duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras, ab initio autem non fuit sic. Quamobrem quicunq; dimittit vxorem suam, nisi ob fornicationem, mœchatur.* Quod & Apostolus interpretatur, cùm ait: *Iis qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro nō discedere: quod si discesserit,* 1. *Cor. 7.* *manere innuptam, aut viro suo recōciliari.* *Solutio ob-* Quod verò hic CHRISTVS ob *iectionis.* fornicationem dimitti vxorem posse *Concil. Flo.* insi-

insinuat, hæc separatio thori & mensæ consuetudinem inter coniuges scindit, vinculum coniugij nõ soluit. Causa autẽ matrimonij regulariter est mutuus consensus per verba de præsenti expressus. Et quanquam prolis procreandæ causa matrimonium potissimum contrahi debet, tamen qui contrahit etiam vitandæ fornicationis causa, non peccat. *Habeat enim vnusquiq; vxorem suam, propter fornicationem*, inquit Paulus. Vis igitur huiꝰ sacramẽti est, vt intelligant coniuges se nõ humana, sed diuina authoritate cõiunctos gratiã accepisse, qua ipsis legitimus cõgressus non imputetur ad culpã. Sunt autẽ tria bona matrimonij. Vnum, proles suscipienda & educanda ad cultum Dei. Secundum fides quam vnus coniugum alteri seruare debet. Tertium indiuisibilitas matrimonij, propter hoc quod significat indiuisibilem coniunctionem Christi & Ecclesiæ. In quem sensum dixit Paulus loquens de cõiunctione viri & vxoris: *Sacramentum hoc magnum est* (inquit) *ego autem dico in Christo & Ecclesia*: hoc est, sub hac matrimonij institutione, mysticè Christi & Ecclesiæ latet vnanimis & indissolubilis coniunctio. Sicut enim patrẽ & matrẽ relinquit homo, vt vxori adhæreat: sic quodammodo

Causa matrimonij.

Finis matrimonij.

1. Cor. 7.

Bona matrimonij.

Aug. super Gene.

Ephes. 5.

do patrẽ homo factus dereliquit Christus, sicut ipse ait: *Exiui à patre & veni in mundum.* Ob hæc igitur bona matrimonium est honorabile. Quæ ignorantes Manichęi, Tatiani & Encratitę, matrimonium reprehendere non dubitant, quam eorum temeritatem dãnat Paulus ad Timotheum scribens. Et in Epistola ad Hebræos, ait: *Matrimoniũ honorabile esse, & thorum immaculatum.* Neque solum honorabile est, sed etiam sacramentum, ob gratiã Christi, quę ei nunquam deest, vt cũ vir vxorẽ suam diligere possit perinde quasi Christus Ecclesiam. Materia seu elementum matrimonij, est ille exterior actus quo coniuges in nomine Domini copulantur, ac inter copulãdum profitẽtur, se posthac duos in vna carne futuros, sibiq́ue mutuo cõiugalem fidem perpetuò seruaturos, cui cum sexuum commixtio accesserit, tum demum perfectum huius sacramenti elementũ efficitur. Forma autẽ matrimonij est, verbum quo ambo mas & fœmina in Dei nomine copulantur, ratione pietatis quę in Deum est sibi fidẽ coniugalẽ dantes & accipientes. Est autem tale verbum Christi verbis innixum, quum inquit: *Quos Deus coniunxit, homo non separet.*

Damnãtes matrimonium. 1. *Timo* 4. *Hebræ.* 13.

Materia seu elementum matrimonij.

Forma matrimonij. *Matth.* 16.

DE

DE EXTREMA vnctione.

Finis vnctionis.

EXtrema vnctio dicitur non quòd omnino extrema sit. Nam & reiteratur, ſicubi morbus depulſus ſubinde redierit. Per Eccleſiam autem potiſsimum hac ratione miniſtratur, non vt ægrotus eo percepto, ſtatim vita defungatur, ſed potius vt nedum mente ſed et corpore (ſi ita Deo viſum fuerit) conualeſcat, quod precationes in administrando hoc ſacramento adhiberi ſolitæ declarant. Hoc ſacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet. Qui vngendus eſt in oculis propter viſum, in auribꝰ propter auditum, in naribus propter odoratum, in ore propter guſtum, vel locutionem, in manibus propter tactum, in pedibus propter greſſum, in renibꝰ propter delectationem ibi vigentē. Hanc vnctionem primi exercuerunt Apoſtoli, qui mandato Domini ad prædicandum Euangelium miſsi dæmonia eijciebant, & oleo vngebant multos infirmos, & ſanabantur. Quæ vtique ſacramentalis & myſtica, non medicinalis aut corporalis vnctio fuit: ad quem inter initia fidei externa, etiā corporis ſanitas, quaſi internæ quoddam ſanationis ſignum conſe-

Conci. Flo. Loca in quibus vngendus egrotus.

Vnctionem extremam qui primū exercuere.

consequebatur. De hoc sacramento & illud est Iacobi Apostoli: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ vt orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eũ Dominus.* Materia extremæ vnctionis est oleum oliuæ per Episcopum benedictum. Solet autem esse triplex oleum in Ecclesia ab Episcopis in die cœnæ Domini consecratum. Oleum infirmorum, oleum catechumenorum, et Chrisma ex oleo oliuæ & balsamo compositum, de quo antea dictum est, vbi de confirmatione egimus. Forma huius Sacramenti est: Per istã sanctam vnctionẽ, & suam ipsius misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid per visum, &c. Et simi liter in alijs membris. Atque hactenus de sacramentis dictum sit, nunc fides, spes, charitas describendæ sunt, quibus primum locum post iustificationem in scopo biblico dedimus.

Iaco. 5.

Materia extremæ vnctionis.

Oleum in Ecclesia triplex.

Forma extremæ vnctionis.

FIDES, SPES, Charitas.

Virtutes catholicæ tres

REligionis Christianæ virtutes precipuæ, sunt tres, fides, spes, charitas, quæ Theologicæ nominantur, hoc est, diuinę, quod religione Christiana sint potissimũ sequendæ. Quibus

&

Aug. l.1.c. 37. de doctr. Christ. l.1 solilo.

& scientiam omnem, & prophetiam militare, omnemque intellectum scripturarum ad illas referri debere, virtute religionis Christianæ grauissimi aiunt.

Fides in primis requiritur in Christianismo. Hebr.11.

Fidem imprimis requiri in Christianismo scriptura sacra indicat. *Impossibile est sine fide placere Deo,* ait Paul. Qui etiam fidē appellat substantiā, hoc est, fundamētum rerum sperandarū, quòd scilicet sine fide nō queat in altū strui, immo neque cōsistere spiritalis virtutum ac gratiarum fabrica. Nam nisi credideri mus non tantū de retributione, sed de eo ipso quod Deus sit, labuntur nobis omnia. Quod si nauē nemo ingreditur, nisi prius se credat seruari posse: si agricola non cōmittit sulcis semina, nisi credat terrā multò plura relaturam quàm acceperit. Et ne de singulis agatur, si nihil est quod in vita geri possit, nisi credulitas aliqua præcesserit, quomodo non multò magis fides in ędificio spirituali virtutū ac gratiarum imprimis ceu fundamentum iaciēda est, id quod Paulus testatur: *Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerator sit.*

Fides quare Paulo dicatur substantia.

Hebræ.11.

Spes requiritur in Christianismo. Hebræ.6.

Spem necessariam esse Christiano, inter cætera testimonia sacræ scripturæ, diuus Paulus abundè testatur, cùm spem appellat animę nostrę anchoram tutam

tutam ac firmam, & incedentē vsq; ad interiora velaminis, hoc est, tabernaculum æternæ beatitudinis, vbi præcursor pro nobis introit Iesus. Quēadmodū enim anchora fluctuāte mari firmat naues ne euertātur, aut in saxa impellā tur, & cōfringātur: ita spes in his mūdi tēpestatibus, de promissis diuinis nos cōfirmat, vt quæ nobis nō in rebus fluxis, sed in cœlo fixa est, vbi nullæ rerū vices, sed æterna stabiliaque omnia.

Spes anchora.

Charitatem autem fidei & spei adiungi debere, inde liquet, quòd fides sine charitate poterit quidem esse, sed non prodesse. *Fides enim in Christo valet*, ait Paulus, *quæ per dilectionem operatur*, & vt idem ait: *Si linguis hominū loquar, et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs resonans, & cymbalum tinniens: & si habuero Prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferā: charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiēs est, benigna est. Charitas non æmulatur, non agit perperā, non inflatur, nō est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, nō irritatur, non agit malum, non*

331.32.
Charitas in christianismo necessaria.
Galat. 5.
1. Cor. 13.

gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Et paulò post: *Nunc autem manent fides, spes, charitas: tria hæc, maior autem horum est charitas.*

316.20.

Charitas insigne Christianorum. Ioan.13. 1.Ioan.4.

Hæc est Christiani hominis quasi peculiare quoddã insigne, docente Christo: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis inter vos mutuam. Qui manet in charitate* (ait Apostolus Ioannes) *in Deo manet, & Deus in eo. Charitate qui præditus est, legem implet,* vt Paulus ad Romanos docet. Idéque alibi eandem vinculum perfectionis vocat.

331.32. *Roma.13. Coloss.3.*

Cur fides spes charitas in primis in Christianismo requirãtur.

Cur autem prædictæ tres virtutes ad religionem Christianam in primis requirantur, inde inter cætera colligere poteris. Cũ Deus is sit, vt quid substantiæ sit, neutiquam intelligi possit, tum iudicia exuberantissimæ sapientiæ diuinæ talia sint, vt nullis mẽtibus humanis percipiantur, consilia sic instituta, vt eorũ rationes nullus creatus intellectus perueſtiget. De quibus quidem cùm Paulus Apostolus cui tertij cœli mysteria videre cõtigerat, differeret, stupore contemplãti orborto exclamauit: *O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quàm insecrutabilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles viæ eius, quis enim cognouit sensum*

180.9. 1.Cor.12. 25.25. *Roma.11.*

Domi-

Domini? Cùm (inquam) hæc talia sint, quædã etiã si sapientiã mundanã spectes, scandalo: necessariò erit hic fides, qua credat vnusquisq; vera esse ad quæ vocatur: & spes qua speret se illa consequi: & charitas qua illa omnia diligat. Cùm enim intellectus & voluntas præcipuæ vires animæ Protoplasti, illi in hoc diuinitus inditæ, vt Deum conditorem omniũ cognosceret, agnitum quoad fieri posset, complecteretur, per peccatum vitiatæ fuere in illo, & in nobis ceu stirpe. Intellectus quidem quo iudicaret quid eligendum errore: Voluntas verò, qua expeteret quod ratio dictaret carnali concupiscentiã. Igitur his remedijs opus est, fide (sine qua spes esse non potest) quæ purificaret cor, hoc est mentem, & rationem ceu fontem animi: & charitate, quæ submoueret prauas cupiditates, vt ad ea tantùm feramur, quæ præscripsit Deus. Libuit hic adscribere verba Augustini, quibus docet fidẽ, spẽ, charitatẽ in religione requiri. Fides (inquit) sine spe & charitate est, si dicas: Credo vera esse ad quæ me vocas, sed ego ea capere non possum, nec volo. Fides sine spe cũ charitate est, si dicas: Credo vera ad quæ me vocas, & volo ea cõsequi, sed nõ possũ. Fides cum spe sine charitate est, si dicas

1. Cor. 11.

Intellectus & voluntas præcipuæ res protoplasto inditæ quomodo corruptæ sint.

Roma. 5.

Roma. 7.

Act. 15.

1. *Timo. 1.*

Li. 21. sen. in Ench. ad Lau.

Credo vera esse ad quæ me vocas, & ea possem cõsequi si velim, sed nolo. Charitas sine spe & fide est, si quis dicat: vehementer se velle sine illecebris corporis viuere in æternum, sed neq; credere esse vitã æternã, nec, si sit, posse eã consequi. Cũ fide sine spe charitas est, si & desiderare se vitã æternã, & credere esse quis dicat, sed posse assequi neget. Spes autẽ sine fide quomodo esse possit nõ inuenio. Nemo enim sperat se posse assequi, quod esse non credit. Oportet ergo inesse animo omnia tria, fidem, spem, charitatem, vt & credat vera esse ad quæ vocatur, & speret se posse assequi, & omnino ea diligat: hæc ille. De his igitur singillatim agendum est breuiter, & primò de fide.

337.7.

Aug. epi. 19 Fides duplex. epist. 154.

Fidei nomen à fio deflexum, vt scilicet fides appelletur, quia fiat quod dictum est. Fides est duplex, diuina & humana, hæc est, qua hominibus creditur, describiturque esse dictorum conuentorumque constantia & veritas: hęc ad præsens negotium non pertinet. Diuina verò est, quæ Deum pro obiecto habet. Diuiditur autem bifariã, in viuam & mortuam: posterior est quæ credit vera esse quæ diuinitus relata sunt, verum charitatis expers est, hęc etiam historica dicitur. Quæ quidem & si ne-

Fides diuina duplex. Iac. 2.

ces-

cessaria sit ad salutem, tamen multis etiam malis accidit, quin & dęmonibus, *qui*, vt Iacobus ait, *credunt & contremiscunt*. Atque ita constat eam non esse effectricem salutis, quemadmodũ priorem quæ est firma assensio his quæ diuinitus reuelata sunt & promissa, atque illud in primis, iustificari à Deo impium per gratiam eius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, hisque credens firmiter per dilectionem operatur: eam aliqui iustificatoriam & formatam nominant. Fidem Paulus definit esse substantiam rerum sperandarum, argumentum non apparẽtium. Quæ quidem definitio (sic enim eam vocat Augustinus) vt exactius percipiatur, explananda nobis est, præsertim cùm res sit maximi momenti. Fidem esse substantiam Paulus dicit, hoc est, fundamentum, & quod Græcè significantius dicitur hypostasin, quòd scilicet sine fide non queat in altum strui, immo neque consistere spiritalis virtutum & gratiarum fabrica. Est enim omnium bonorum, vt Augustin. ait, fundamentum, quod paulò ante euidenter ostensum est. Quoniam autem in fide requiritur firma notitia seu assensus, neq; enim fides existimanda est vulgaris aliqua credulitas. Proinde in defini-

Iacob. 2.

Fides viua

Hebræ. 11.

Definitio fidei Paulina.

Tract. 79. super Ioan.

334. 16.

De fide ad Pet. Diac.

Fides in diuinis vicē argumētorum obit.

tione additur à Paulo elenchus id est argumentum, quod est ratio faciens fidem rei dubiæ: vt scilicet quemadmodum illa indubitata habentur, quæ argumentis comprobantur, ita certissima illa existimanda sunt quę apprehenduntur fide, quæ quidem in diuinis vicē argumentorū obit, cū in diuinis talia sint vt nullis argumētis illis fides fieri possit. Quo enim argumento astruere poteris, Deum vnum esse in essentia, trinum in personis? mundum à Deo ex nihilo creatum? homines eadē corpora resumpturos & resurrecturos? & alia permulta? Et veluti in humanis rebus argumenta sequitur cognitio, ita in diuinis fidem, docente Esaia: *Nisi crediderit is* (inquit) *non intelligetis*. Porro vocabulis duobus, sperandarū & non apparentium, in definitione fidei positis

Isaiæ. 7.

Obiectum fidei.

319.10.

ostenditur obiectum fidei, id est res circa quas versatur fides, quæ quidem res nec sensibus nec rationibus humanis deprehenduntur, sed eas firma spes ita repræsentat animo, quasi coram cernerentur, quasi manibus tenerentur, quę que per se videri nequeūt, eas persuadet esse certissimas, nō argumentis humanis, sed certa fiducia erga Deū authore: talē fidē in pijs præcellētia miranda facta consecuta sunt, & consequuntur.

Quo-

Quorũ animo penitus infixũ, immotumque sedit: nihil tam verũ esse, nihil tã certũ atp; indubitatũ eorum quę auribus hauriuntur, manibus tenentur, quæ oculis conspiciuntur, quàm quæ fide apprehenduntur. Et quoniam breue iter est per exẽpla & efficax: eius rei aliqua exẽpla subijciãtur. Argumenta humana considerauerit, non merebitur fidem, vt ex his quæ non sunt, fiant quæ sunt. Pij tamẽ, quòd nec cõspici potuit, nec ratiocinatione mẽtis humanæ colligi, perinde credũt ac si viderẽt mundũ conditũ verbo Dei, soloq; iussu conditoris. Nõ apparebãt argumẽta Noë, quibus colligeret futurum vniuersum animantiũ genus diluuio deletum iri. Neq; enim credibile fuerat ratione humana ita dictãte, tantã inundationem futurã: homines erant mira securitate, conuiuantes, matrimonium celebrantes, oraculũ quo ipse monitus fuerat irridentes. Ille tamen minimè indubitatũ habens, euenturũ quod Deus prædixerat, iussa diuina capessiuit, arcam apparauit, & simul seruauit ea quæ Deus in eam tollenda mandarat: & reliquos homines cõdẽnauit adeò diffidẽtes sermoni diuino, vt adornantem fabricam in futurum diluuium irriderent. Abraham non circunspiciebat mori diffidentium

Exempla fidei.

335.23. *Hebræ.11.*

Gene.6.7.

Noë.

Luc.17.

Abraham.

Gene.15.

tium argumenta, quibus quod Deus futurum prædixerat, fieri posse doceri potuisset, sed præter spem sub spe credidit Deo dicenti, illum patrem futurũ multarum gentium, ac posteritatis authorem tam numerosæ, vt stellarum multitudinem æquare posset. Neque respexit corporis vires iam effœtas, & ad generandum inualidas, vt qui iam accederet ad annum centesimum. Nec considerauit ætatem vxoris, cui & ipsi iam emarcuerant muliebria membra, vt etiam si ipse nondum gignendi viribus destitutus fuisset, tamen illa ferendo vtero non esset habilis: nihil (inquam horum) venit in mentem, nihil hæsitauit: sed toto pectore adhęsit promissis Dei: adeo vt cùm Deus explorans, quàm ex animo sibi fideret, iussisset vt immolaret filium suum Isaac, cùm is filius, inquam, & vnicus esset, & cuius nomine promissa fuit posteritas, siquidem hic erat sermo promittentis: *In Isaac vocabitur tibi semen*, nihil tamen cõtratus, aggressus est facere quod iussus est, nihil interim secum reputans: Vnde mihi posteritas, si occido hunc, in quo vno spes est posteritatis? sed illud in animo perpendebat, Deum qui promiserat, mentiri non posse, & si libeat, vel à mortuis excitare posse extinctum filium generis

Rom.4.

Gene.18.

Gene.22.

ris propagatorem. Moyses vbi eduxisset ex Aegypto populũ, montibus matique septus, videns armatum tyrannum imminere ceruicibus gentis suæ, non aliter animo infracto fisus est inuisibilibus præsidijs Dei, acsi eum coram oculis suis inspexisset. Neque spe excidit: aquæ enim maris diuulsæ, instar montium curuatæ, repressæque ita stetere, vt populus sicco pede pertrãsiret, quem Pharao cõsequi volens, mare ingressus, aquis obrutus est. Et ne de singulis agatur, quis enim hos fando enumerare valeat? fidei illorum tribuendum, qui Deo, quem corporeis oculis non cernebant, seipsos ita addixerant, deuouerant, & consecrarãt, vt nec morte diuelli potuere, cæsi gladijs occubuerunt, lapidati sunt, dissecti sunt horrendo supplicio, corporis membris in diuersa distractis. Quibus verò tales cruciatus, non contigerunt, ritu ferarum oberrabant per solitudinem, vtcunque tecti pellibus caprinis aut ouillis, laborantes inopia rerum necessariarum, vndique persecutorum inuidia pressi, protectis, speluncis vtentes, ac terrę cauernis: firma enim fides, alta mente illis repositа fuerat, se prẹmium à Deo cum fœnore post hanc vitam recepturos, multò satius esse iudicantes breuis huius

Moyses. Exod. 14.

Hebr. 11.

ius vitæ iactura adipiſci immortalitatem, quam ob lucellum exigui temporis perdere vitam æternam. Alij verò qui cogitatus ſuos iactarunt in Domino, omni ſolicitudine in eum, proiecta, fidentibus, ardentiſsimisque votis à Deo impetrarunt, vt eos innocuos ſeruaret. Leones enim, quod iuxta curſum naturæ fieri non poterat, inuictæ in alios ſæuitię, aut vicerunt, aut ſenſerunt innocuos, velut occluſo ore aut alligatis vnguibus vt lædere non poſſent. In incendio, in quod medium iniecti fuere, ſic illæſi permanſerunt, quaſi corporibus ſuis natiuam vim ignis extinguerent. E medijs enſibus in ſe diſtrictis incolumes effugerunt, protectore Deo. Quin & illud meruit etiam fiducia nonnullorum, vt cùm eos alimenta quibus corporis languentis vires reficerent, defeciſſent, cibo à coruis Deo ita procurante, afferri ſolito, & alijs miris rationibus parato alerentur. Effecit fiducia firma aliorum, vt mortuos ad vitam reuocari conſpicerent. Et, vt cum Auguſtino finiam, fides peccatores homines ſaluat, cæcos illuminat, infirmos curat, cathecumenos baptizat, fideles iuſtificat, pœnitentes reparat, iuſtos augmentat, martyres coronat, virgines & viduas

Dani.24.

Dani.2.

Elias.
3.Reg.17.
4.Reg.7.
Act.9.20.

Sermone.1. de verbis Apoſtoli.

&

& coniugales casto pudore conseruat, regnis cœlestibus præparat, in æterna hereditate cum Angelis sanctis communicat. Atque hactenus de explanatione definitionis fidei, à Paulo Apostolo datæ.

Aliud est fides, aliud ea quæ creduntur.

Ex prædictis facilè colligi potest, aliud esse illa quæ creduntur, aliud fidem, qua creduntur. Illa quippe in rebus sunt, quæ vel esse, vel fuisse vel futura esse dicuntur: hæc autem in animo credentis est, ei tantùm conspicua cuius est: quamuis sit & in alijs non ipsa, sed similis. Obseruanda hoc loco differentia, quæ ponitur inter credere Deo, credere Deum, & credere in Deum. Nam illud primum significare dicitur, credere vera esse quæ loquitur Deus. Secundum verò, credere quia ipse est Deus. Tertium verò credendo diligere illum. Illa priora duo etsi necessaria saluti sunt, tamen multis etiam malis accidunt, & dæmonibus, præsertim hoc secundum, quoniam credunt, & sciunt illũ esse Deum. Tertium autẽ soli nouerũt qui diligũt Deum, qui non solùm nomine Christiani sunt, sed & factis & vita, quia sine dilectione fides inanis est. Materia seu obiectum circa quòd versatur fides est Deꝰ, operaq; eius. Porro de Deo

Aug. lib. 13 de Trin.

Differentia inter credere Deo, Deũ in Deum.

Aug. serm. 181. de Tẽp.

219. 30. 244. 7.

Materia fidei.

Opera præcipua Dei à nobis credẽda, de quibus in descriptione Dei egimus.

quæ credenda sunt, dictum est vbi de Deo egimus. Operum autem Dei præcipuorum à nobis credendorum vnum est, Deum ex nihilo verbo suo cuncta visibilia, & inuisibilia creasse, eaq; conseruare, gubernare, vt ante ostensum est. De eo est prima pars Symboli Apostolici: *Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.* Alterum est Ecclesiam à Deo patre per filium redemptam à peccato, potestate diaboli, & damnatione æterna, eandemque sanctam hæredem vitæ æternæ. De eo est altera pars Symboli: *Et in Iesum Christum filium eius vnicum Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis, inde venturus est iudicare viuos & mortuos.* Tertium opus Dei est, per Spiritum sanctum Ecclesiam sanctificari & viuificari & gubernari, de quo est tertia pars Symboli: *Credo in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam, Amen.*

Prima pars Symboli, cuius explanatio ex præcedẽtibus petenda est.

Eius partis Symboli declaratio ex antedictis petatur.

303.14. *Tertiũ opus Dei, in tertia parte Symboli expressum.*

41.22. *Symbolum*

Cęterum Symbolum Apostolicum, cuius

cuius nunc mentio facta est, dicitur quod ab Apostolis Spiritusancto cœlitus accepto, in varias regiones ad prædicandum Euangelium ituris compositum sit, συμβάλλω Græcis est compono, inde symbolum nomen deductum est. Quod quidem symbolum, licet verbis breue sit, sacramentis tamen magnum est. Nam omnia mysteria diuina summatim continet. Locus hic requirit, vt pauca de Ecclesia & cõmunione sanctorum dicã, nam cætera quæ in symbolo Apostolico continentur, suis locis tractantur à nobis. Ecclesia dictio Græca est à verbo Græco ἐκκαλέω deducta, quòd est euoco. Nã cœtus fidelium nomine Ecclesiæ significatus, euocatus est per verbũ Dei ad Deũ verum. *Fides enim* (ait Paulus) *ex auditu est, auditus per verbum Dei.* Est autem Ecclesia congregatio fidelium profitentium vnum Deum, vnum Euãgelium, vnam fidem, vnam spem in vinculo charitatis, eiusdem spiritus, & eorundem sacramentorũ participationẽ habẽtium. Ad eam definitionem Ecclesiæ cõprobandã, inter cetera illud Pauli pertinet: *Supportantes* (inquit) *inuicem in charitate, soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis, vnũ corp⁹, et vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ,*

Apostolorum.

Aug. serm. 181. de tẽp.

Symbolum Apostolorũ sacramẽtis magnum.

Ecclesiæ nomen vnde deductum.

Roma. 11.

Quid est Ecclesia.

326. 6.

324. 25.

Ephe. 4.

vnus Dominus, vna fides, vnũ baptiſma, vnus Deus, & pater omnium, qui ſuper omnes, & per omnia, & in omnibus vobis.

1. Cor. 10. Et illud: *Vnus panis, & vnũ corpus multi ſumus, omnes quidem de vno pane, & de vno calice participamus.*

Eccleſia Dei duplex

Eccleſia Dei eſt duplex: triumphans & militãs. Triumphans, eſt beatorum ſpirituum in cœlis cum Deo regnantium.

Eccleſia militãs cui cõparatur à Chriſto.

Militans, eſt cœtus fidelium, militantiũ contra carnem, diabolum, mundum. Hanc Chriſtus comparauit decem virginib, quinque fatuis, & quinque prudentibus.

Matth. 25.

Sagenæ item miſſæ in mare, ex omni genere piſcium congreganti.

Matth. 13.

Præterea tritico ſeminato in agro & zizanię: innuens in Eccleſia militante vſq; ad finem ſeculi bonos cum malis futuros.

Eccleſia militans bifariam conſideratur.

Proinde Eccleſia hæc bifariam conſideratur. Primò, ſtrictius, quatenus eos dicimus eſſe in Eccleſia, qui ita ſunt in domo Dei, vt ipſi ſint domus Dei, ſeu viua membra corporis myſtici, quæ Paulus appellat: *Populum emundatum ab omni iniquitate, acceptabilem Deo, ſectatorẽ bonorum operum.*

Titum. 2. 329. 8.

Eccleſia eatenus accepta, ſoli Deo nota eſt, teſtante Paulo: *Nouit Deus qui ſunt eius.*

2. Tim. 2.

Ad eum modũ nõ oportet accipere Eccleſiã, vbi vel Chriſtus audiendã Eccleſiã præcipit, vel patres poſt Apoſtolos, de authoritate Eccleſiæ

clesiæ differunt. Hanc enim, quæ audienda est, nobis visibilem esse oportere, & cognoscibilē, nemo non videt. Secundò Ecclesia cōsideratur, vt complectitur omnes qui habent communionē professionis fidei, doctrinę, & sacramentorum, secundum Apostolicam & Catholicam traditionem. Atq; ita mali, per quandam colligationem professionis, ac exterioris participationis sacramentorū, sunt in Ecclesia Dei, non aliter ac palea in tritico, vel sicut quædam membra arida aut putrida vel languida, adhærent corpori humano. *Hi formam quidem pietatis habent, virtutem tamē eius abnegant*, vt Paulus ait. Ab Ecclesia ad eū modum accepta, excludūtur excōmuicati, hæretici, schismatici, et Gentes ignorantes verum Deū. Excommunicati quidē, quòd publico iudicio Ecclesiæ, ab exteriori Ecclesiæ cōsortio, donec resipiscant, separati sunt. Quemadmodum Paulus fornicarium excōmunicat, ad Corinthios scribens: *Ego* (inquit) *absens corpore, præsens autem spiritu, iā iudicaui vt præsens, eū qui sic operat⁹ est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu tradere huiusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini.*

Mali quomodo in Ecclesia. 330.2.

2.*Tim*.3.

Qui alieni sunt in Ecclesia.

Excommunicati.

157.32.

73.1.

1.*Cor*.5.

Non

Non omnis qui in mortali peccato est excõmunicatus est.

Non autem quisquis in mortali peccato est (vt quidam sentiũt) is statim excommunicatus est, donec ab Ecclesia sit talis nominatus. Nam Paulus fornicatores, & auaros Christianos intus in Ecclesia dicit esse: *Quid enim* (ait) *mihi de*

1. Cor. 5. *ijs qui foris sunt iudicare? nonne de ijs qui intus sunt, vos iudicatis? nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit.* In quib⁹ verbis Paulus per eos qui foris sunt, intelligit Gentes: per eos verò qui intus sunt, Christianos. Porro hæretici, & schismatici extra Ecclesiam sunt, quòd sua sponte Ecclesiam deseruerint, eam contẽnentes. De quibus Ioannes: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis: nã si fuissent*

1. Ioan. 2. *ex nobis, permansissent vtique nobiscũ.* Et

Ioan. 2. alibi idem docet, eum qui Christi doctrinam non affert, non recipiendum in domum, nec aue illi dicendum. Inter hæreticos autẽ & malos catholicos hoc interest, quòd hæretici falsa credunt: illi autem vera credentes, non viuunt ita vti credunt. Αἱρετίζω Græcum est, eligo, inde hæreticus, qui præter veritatem aliquid opinatũ habet. Schismaticos autem non fides diuersa facit, sed communionis diruta societas. Vtrum autem inter zizania numerandi sunt (ait Augustinus) dubitari potest. Sed ait illos magis videri spicis corru-

Differentia inter hæreticos et malos catholicos.

327. 8.

Aug. c. 11. lib. quæst. ex Matth.

pta

ptis similiores. Gentiles verò ab Ecclesia alieni sunt, quòd illam non agnoscant, neque secundum vllam, ne exteriorem quidem et visibilem formam religionis & sacramentorũ Ecclesiæ asscripti sunt. Symbolum concilij Constantinopolitani contra Macedonium cõgregati. Itẽ Apostolorũ Ecclesiã, ait esse vnã, sanctã, catholicam, & Apostolicam. Vna quidem est, quòd Deus sit vnus, cui Ecclesia despõsatur per fidẽ. Hinc illud Pauli: *Vnum corpus, vnus spiritus, vnus Dominus, vna fides, &c.* Et quamuis multi sunt cœtus hominum, qui religionẽ suam & fidẽ in qua præstant, laudibus efferunt, sibiq; salutem & fœlicitatem singuli in sua religione certò pollicẽtur: tñ nos diuinitus edocti, credimus esse vnũ cœtũ, seu vnam Ecclesiam, vnamq; fidẽ, à qua qui alienus est, absq; dubio in æternũ peribit.

Ecclesia dei vna, sancta, catholica & Apostolica, quæ singulatim declarãtur.

Ephe. 4.

317.20.
335.16.

Sancta Ecclesia est, hoc est, munda ac pura, iuxta illud Pauli, de Christo loquentis: *Dedit* (inquit) *semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonum operum*. Et illud: *Hæc est voluntas* DEI, *sanctificatio vestra.* Quanquam & sancta Ecclesia dici poterit quia sit Deo cõsecrata, sicut sanctũ Domino dicitur, quod est illi sacrũ.

Sancta Ecclesia.

Titum. 2.

331.8.
249.24.
379.3.
1. Thess. 4.

Ca-

Catholica. Aug. super psal. 90.

Catholica verò, hoc est, vniuersalis, Ecclesia dicitur. Quæ quidem vniuersalis referenda est ad tempora, & loca: tempora quidem, quia ex omnibus ætatibus mundi Ecclesia cõgregatur: Quarum prima est ab Adam vsque ad diluuium, annos continẽs iuxta Hebræos, mille, sexcentos quinquaginta sex. Secunda, à diluuio vsq; ad Abraham, annos complectens ducentos nonaginta duos. Tertia, ab Abrahã ad Dauid. 940. Quarta, à Dauide ad captiuitatem Babylonicam habetq́; secundum aliquos historicos, quadringentos octoginta quinque. Quinta, ad Christum natum, 589. annos continet. Sexta, ad consummationem seculi. Quicunque ergo ab Adam vsq; ad consummationem seculi fuerunt de fide, in vnum Deũ & Christum eius, ad vnam Ecclesiam pertinent. Porro sancti ab orbe condito nouerant Christum vẽturum, & regnum diaboli destructurum, vt ante à nobis ostensum est. Quod verò attinet locorum vniuersitatem, manifestum est, Ecclesiam per omnia loca diffusam, ex illo Psalmographi: *Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuã terminos terræ.* Et ex illo: *Et eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimũ terræ.*

Aetates mundi. Au. quæst. super Iudicum.

Psal. 2. Actuum. 1

Apostolica Ecclesia.

Apostо-

Apostolica aũt Ecclesia in Symbolo dicitur, quòd Spiritussanctus, remittens peccata, nõ alibi residet, quã apud Ecclesiã Apostolicã, ab Apostolis per successiones continuatas procedentẽ, quibus Apostolis dictum est: *Accipite Spiritumsanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Signorũm Ecclesiæ veræ vnũ est, doctrina sana verbi diuini, iuxta illud Christi apud Ioãnem: *Oues meæ vocem meam audiunt.* Iudicium autem doctrinæ sanæ, & interpretãdi verbi diuini, esse penes Ecclesiã catholicã, ante ostẽsum est. Alterũ signum Ecclesiæ veræ est, rectus sacramentorũ vsus, de quibus ante egimus. Prædictis duobus signis Ecclesia Christianorũ distinguitur à cœtibus ethnicorũ & Iudæorũ, quorum vtrique, & sana doctrina, & Sacramentis noui testamenti carent. Tertium signum est vnitas, quæ vinculo charitatis & pacis cõtinetur, ac mẽbra Ecclesiæ conglutinat, vt nõ solùm, quòd perpetuus Sanctorũ cõsensus ab Apostolis vsq; ad nos recepit et approbauit, idẽ sentiãt: sed etiã idẽ loquãtur, monẽte Apostolo: *Obsecro vos per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis oẽs, & non sint in vobis schismata: Sitis autẽ perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Charitatẽ Christus suorum

Ioan.20. 327.11.

Signa Ecclesiæ veræ. 1

Ioan 10. vbi de lege scriptũ est.

2

3

1.Co.1. Charitas signũ Christianorum. 332.3.

rum discipulorum signum esse dixit: *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis inter vos.*

Quartum. Quartum signum Ecclesiæ veræ est, quod sit catholica, hoc est, vniuersalis, id est, per omnia loca & tempora diffusa, & per Apostolos, eorumque successores cõtinuata vsq; ad nos. De quare paulò ante egimus. Hæc posteriora duo signa distinguunt Ecclesiã Christianã à schismaticorũ & hæreticorum gregibus, qui vinculũ pacis rumpũt, & à catholica vnione seipsos in perniciẽ suã diuellunt, dũ partẽ suam toti atque vniuersæ Ecclesię anteferũt: quales inter cæteros fuere Donatistæ, qui Ecclesiã Christi de toto terrarũ orbe, vbi futura promissa, est perijsse affirmarunt, & in Africa Donati parte remansisse. Atque hactenus de Ecclesia diximus.

Ire. lib. 4. cõtra hære.

Donatistæ.

Sanctorum communio quid. Nunc Sanctorum communionem persequamur, quam nos credere asserimus. Sanctorum communione notatur societas sanctorum, non solùm in terris, sed etiam in cœlis spiritusancto conglutinata. In qua quidem societate talis quædam est communio omnium bonorum inter omnes pios, qualis est membrorum inter se societas. Profitemur igitur hoc articulo sanctos & iustos in charitate & gratia existentes, bono-

34.4.

bonorum quæ facta sunt, et fiunt in tota Ecclesia, esse participes, hoc est, quòd communicant Christo in sua passione, & sacramentis, atque etiam inter se inuicem in orationibus mutuis, & alijs bonis operibus. Hinc est, quòd Christus nos orare docens, iubet non sibi quenque peculiariter orare aliquid, sed velut vnius corporis mẽbra, eodem animata spiritu, quod in commune omnibus expediat postulare. *Alter enim alterius onera* (iuxta præceptum Pauli) *portantes, adimplemus legẽ Christi.* Huc pertinet illud Pauli: *Veritatem facientes, in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iunctturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusq; membri augmẽtum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Item ad Romanos duodecimo: *Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actũ habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra.* Et prima ad Corinthios duodecimo his non dissimilia scribit. Hæc de Ecclesia & Sanctorum communione, quę inter alia à nobis suis locis exposita, ad obiectum fidei pertinent, dicta sufficiant. Nunc de effi-

Matth. 6.

Galat. 6.

efficientibus cauſis fidei dicendum eſt.

Cauſæ efficiẽtes fidei.

Libr.1.de prædeſtin. ſanctorum.

Roma.8.

Fides non eſt à nobis in nobis: cui errori aliquando obnoxiũ fatetur ſe fuiſſe Auguſtinus. Verùm primaria cauſa efficiens fidei eſt Deus, qui præſciuit & prædeſtinauit ſuos cõformes fieri imaginis filij ſui, vt Paulus ait: *Quique exitat & adiuuat homines gratia ſua ad credendum, quũ fides vnica ſit ianua ad Deũ.*

2.Cor.3.

Philip.1.

Ephe.2.

Neque enim ſumus (docente Paulo) *ſufficientes cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: à quo* (vt teſtatur Paulus) *donatum eſt nobis pro Chriſto, non ſolùm vt in eum credamus, ſed vt etiam patiamur.*

318.3.

Altera cauſa efficiens.

Altera cauſa fidei efficiens, quæ obſequens elicitur, eſt voluntas liberi arbitrij, quę eſt in homine à Deo vt volet præuenta.

335.18.

1.Tim.2.

Deus enim (vt Apoſtolus ſcribit) *vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis peruenire: Atque ob id operatur in nobis non ſolùm perficere, ſed & velle:* vocando ſcilicet, & admonendo, ſiue intrinſecus, ſiue extrinſecus, per ſermonem ſonantem, caſtigationem, & cætera id genus. Ac proinde de ſeipſo ait: *Ecce ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quis audierit vocem meã, et aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.*

Apoc.3.

Aug.in enchi.ad Laurent.

Voluntas tamen plurimorum huic beneficentiſsimæ voluntati diuinæ relu-

cta-

ctatur, atque ea de re frequenter queritur in veteri testamẽto de populo suo, quòd ei ex corde non crederet, etiã visis stupendis miraculis, & acceptis à Deo eximijs beneficijs: *Vsquequo non credent mihi*, ait ad Moysen, Et vt Paulus ex Isaia cõmemorat, ad Israël dicit: *Tota die expandi manus meas ad populũ non credentẽ, & contradicentẽ mihi.* In Euãg. quoq; alloquens Hierusalẽ, ait: *Quoties volui cõgregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alas, et noluisti.* Tanquam Dei volũtas fortissima superata sit hominũ volũtate, & infirmissimis nolendo impedimẽtis nõ potuerit facere potẽtissimus q̃ volebat. Qua quidẽ ratione fit, vt increduli sibi cœcitatẽ imputẽt & vitio suo perire dicãtur. Quid enim faciat medic⁹, si ægrotus renuat salutiferũ pharmacũ? id quod apud Prophetã testatur De⁹: *Perditio*, inquit, *tua ex te Israël, tantũmodo in me auxiliũ tuũ.* Ad fidem igitur præter gratiã Dei excitantẽ & adiuuantẽ, requiritur pius volũtatis affectus, nõ quia infirma sit gratia Dei quum sit Deus omnipotẽs: sed neminem cogit, vt Chrysostomus ait, sua dex tamen, vt rectè faciamus. Et quicunque ipsi assentiũntur, eos allicit et trahit, vt sic vnusquisq; currendo, voluntate sua à Deo præparata, meritum acci-

Nume.14.
Roma.10.
Matth.23.
Increduli suo vitio pereunt.
86.24.
Oseæ.13.
336.11.
Hom.9. sup. per Ioan. Deus neminem cogit.

accipiat: si autem nolit, culpa non vacet. Quod si nolentes ad seruiendũ traheret, non secus eis deberet, ait Chrysostomus, acsi nullum prestitissent seruitium. Atq; hac ratione constat, fidē participatione quadam liberā esse, & hominũ subesse potestati, quatenus Deo excitanti & adiuuanti ad credendum assentiri, vel non assentiri possunt si volunt: est enim hominibus liberum arbitrium post lapsum primi hominis tale, vt homo voluntate sua à bono declinare posset, & facere malũ. Vt verò à malo declinet quò faciat bonum, hoc sine diuino arbitrio & auxilio fieri nequit. Sed hisce de rebus latius, vbi de liberò arbitrio egimus. In fide, os cordis, & cor officio oris indiget, iuxta illud Pauli: *Corde creditur ad iustitiam, ore autē fit confessio ad salutē.* Primũ enim quo iustificamur ex impijs, interna fides est: deinde si externè confitendi sese offert occasio, etiam ea quæ corde premitur, ore promenda est fides, ac passim annuncianda. Vnde & Christus in Euangelio ait: *Qui me confessus fuerit corã hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo.* Et rursum: *Qui me erubuerit et sermones meos, hunc filius hominis erubescet.* In eo lapsi Helchesataæ hæretici, vt ante dictum est, qui quidem affirmant non

Fides participatione quadam libera.

254.6.

Forma fidei.

Roma.10.

Matth.10. 288 29.

Luc.9.

Helschesataꝝ hæresis.

273.21.

non dubitarunt, non esse crimino sum in tormentis Christum vocetenus ab eo negari, qui corde ipsum cõfiteretur. Sed de fide hactenus, deinceps de spe dicamus, quæ sic affinis videtur fidei, vt & ea propemodũ nasci credatur ex fide: fides enim est, qua verbo creditur: spes, qua expectatur quod per verbum promissum est. Vt enim expectemus, potissimùm fides verbi Dei facit, iuxta Prophetam dicẽtem: *Sperẽt in te omnes, qui nouerunt nomen tuũ.* Est aũt spes certa rerum bonarũ futurarũ, quas à Deo promissas fide indubitata credimus, cũ patientia expectatio. De qua re ita Paulus ad Romanos scriptum reliquit: *Iustificati ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum, per quẽ habemus accessum per fidẽ in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. Non solùm autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio verò spem: spes autem non confundit*: Hoc est, non pudefacit. Pudore enim afficitur qui, quod diu patienterque expectauit, tandem non assequitur. Quod ijs accidere solet, qui vanam in hominibus spem collocant. At non item qui in Deo. *Quia* (vt idem Paulus ait) *habent*

Spes affinis fidei. 348.18.

Psalm.9.

Spes quid sit.

Roma.5.

363.16.

Ephes.1.

bent pignus huius spei firmissimum, Spiritum sanctum, Deique charitatem, per illum in suis cordibus diffusam. Spe salui sumus, docente eodem, quòd scilicet spe
Roma.5. salutem tenemus. Cuius certa expectatio nobis vergit ad salutem. Spes enim, quæ videtur, non est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? inquit idem. Iure igitur à Paulo spes nominatur
Rom.8. *Heb.6.* anchora tuta ac firma, & incedens vsque ad interiora velaminis, hoc est, tabernaculum æternæ beatitudinis, vbi præcursor pro nobis introijt Iesus secundum ordinem Melchisedech, Pontifex factus in æternum, quę verba paulò ante declarata sunt.

Spes tribus potissimū corroboratur. Spes tribus potissimùm corroboratur: charitate adoptionis, veritate promissionis, & potestate redditionis. De primo est illud Ioannis: *Videte qualem*
1. Ioan.3. *charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur ac simus.* *Si vos*, ait Chri-
Luc.11. stus, *quum sitis mali, nostis bona dare filijs vestris, quantò magis pater vester cœlestis dabit spiritum suum bonum petentibus se?* Et Paulus: *Ipse enim Spiritus* (nobis scilicet datus) *testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij Dei: Si autem filij, & hæredes: Hæredes quidem*
Rom.8. *Dei, cohæredes autem Christi: Si tamen*
349.11. *compatimur, vt glorificemur.* De promissis

missis verò diuinis quis desperet? nisi qui mendacem Deum putet: at istud, vt est stultissimum, ita maximè impium. *Est enim Fidelis*, ait Psalmographus, *in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis*. *Qui accepit eius testimonium* (clamat Ioannes) *signauit, quia* DEVS *verax est*. Quanta, quàm incredibilia à Prophetis prædicta fuere de CHRISTO, quid horum non euenit? Qui igitur in illis non fefellit, in alijs fallet? Et si non mentiti sunt Prophetæ, Deus Prophetarum Dominus mẽtietur? Iam quum omnis homo mendax sit, vt Paulus ait: partim, quòd mentiri potest: partim, quòd quantũ in ipso est, præstare quod pollicetur non potest: certè Deus verax censendus est, vtpote, qui docente Paulo fidelis permanet. Tum quia omnia potest, *Nullum siquidem verbum* (ait Angelus Gabriel) *apud Deum impossibile est*. Quamuis autem omnipotens Deus sit, mori tamen non potest, nec falli, nec mentiri, nec peccare. Et quod Paulus Apostolus ait, negare seipsum nõ potest. Nã hæc omnipotẽtię repugnãt. Nec est, quòd quispiã propter peccata, spe in Deũ excidat: dissimulat enim Deus peccata hominum, propter pœnitentiã. *Neq; vult mortem peccatoris*,

Psal. 144.

Ioan. 3.

314. 6.

Rom. 3.

2. *Timot.* 2.

Sapient. 11.

Luc. 1.

Quæ Deus non potest.

August. de symbo. ad catechum. lib. 1. *cap.* 1.

Ezech. 18.

ſed vt reuertatur, & viuat. Cuius rei exemplo ſunt, Dauid, Niniuitę, Petrus Apoſtolus, Magdalena, Paulus, Latro in cruce, & cæteri. Ac ne ad dubitandũ de promiſsis diuinis adducatur quiſpiam, illud Eſaiæ ſaluberrimum præceptum ſemper in ore atque animo habendum eſt: *Qui crediderit, ne feſtinet.* Qui enim moram ferre non poteſt, is neque conſtantiam, neque fidendi perſeuerantiam retinere poteſt. Diffidens autẽ ſe non ſolùm bonis, quæ promiſſa ſunt, indignũ reddit, ſed etiam grauiſsimas pœnas diffidentiæ dat. Quiſquis enim Deo affirmanti non crẽdit, is profectò illum eſſe vanum & mendacem credit. At qui patiẽs in mora fidere perſeuerat, ſine dubio promiſſa bona conſequitur, & Deo chariſsimus eſt. De qua re Paulus ad eum modum ſcripſit: *Nolite amittere cõfidentiã veſtrã, quæ magnã habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt, vt voluntatẽ Dei facientes, reportetis promiſsionem. Adhuc enim modicũ, aliquantulumq;, qui vẽturus eſt, veniet, & nò tardabit. Iuſtus autem meus ex fide viuit, qui ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Nos autem non ſumus ſubtractionis filij, in perditionem, ſed fidei, in acquiſitionem animæ.* Hæc ille. Solet autem Deus, antequam pro-

Præceptum ſaluberrimum.

Eſaiæ. 28.

Heb. 10.

329. 21.

Quomodo

promissa persoluat, ita plerunque omnia contra ac pollicitus est, euenire pati, vt vix credibile sit, ea quæ prædicta sunt, vera vnquam euasura. Cuius rei inter cætera exempla plurima, est Dauid, quē cùm Deus in pueritia Regem designauerat, acerbis tamen & diuturnis calamitatibus illum exagitauit, antequā regni possessionem adire permitteret. Idem Gabriele nunciante Marię, pollicitus Iesum in solio Dauidis sessurum, atque imperium illius sempiternū fore: quis hoc, nisi diuino spiritu afflatus, sicut prædictū est, euenturū suspicari posset? cùm Iesum videret vsque ad trigesimum ætatis annum, propter obscuritatem, in magna hominū ignoratione versari, reliquā verò vitam inopem & vagam persequi, ad extremum, tanquam perditissimum latronem crucifixum, acerbissima morte mulctari.

Deus in promissis exequendis se gerit.

Luc. 1.

Solet autem Deus promissa plærunque differre, vel ad sanandum tumorem superbiæ, vel ad probandam, exercendamque patientiam, vel ad abluenda & punienda peccata. In hoc ergo genere rerum, spes nostra Dei voluntati attemperanda est, cùm plęrunq; multa differantur, vt cōgruo tempore dentur. Hoc feciſſe videmus plæroſq; pios, vt ex eorum dictis colligere est. *Expe-*

Cur Deus plerunque promissa differat.

Augus.

Psal.26. Psal.39. Eta Dominum (inquid Dauid) viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Et iterum: Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi, & exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. Iudith illa, quum intelIudith.8. lexisset Oziam promisisse, quod transacto quinto die, traderet ciuitatem Bethuliam Assyrijs, si interea non veniisset adiutorium à Domino, grauiter reprehendit Oziam, & populum, inter alia dicens: Qui estis vos, qui tentatis Dominum? Non est iste sermo, qui misericordiam prouocet: Sed potius, qui iram excitet, & furorem accendat: Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. Et paulò post: Humiliemus illi animas nostras, & in spiritu constituti humiliato, seruientes illi dicamus, vt secundum voluntatem suam, sic faciat nobiscum misericordiam suam, expectemusque humiles consolationes eius.

Vera pietas Ita, vera pietas, neque spem abijcit, neque ab orandi studio deterretur, licet aures Dei abhorrere videantur, qua pre-

Psal.118. Luc.18. ditus Dauid, dicebat: Defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. Hunc affectū vt inderet nobis Christus, proposuit parabolam de iudice iniquo apud Lucam, qua docet, oportere semper orare, & non deficere.

Cauſæ

Causæ spei eædem ferè sunt, quæ & fidei, proinde illis dimissis, de charitate dicamus.

Charitatis nomen deductum aiunt à Græca dictione Χάρις, quod significat gratiam. Non desunt, qui putent Latinum planè esse vocabulum, & non tantùm penuriam, sed amorem inter vtentes ratione significare, atque ob id sine aspiratione scribi debere. Charitas duplex: humana, & diuina. Prior est duplex: licita, & illicita. Licita est, qua vxor, liberi, amici, ciues diliguntur. Hæc non solùm ita licita est, vt concedatur: sed ita licita, vt si defuerit, reprehendatur. Illicita, qua meretrix, vel vxor aliena diligitur. Ab hac Paulus acerrimè deterret, dicens: *Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis?* Vt autem hoc diceret, superius ait: *Nescitis, quia qui adhæret meretrici, vnum corpus est.* Et testimonium protulit ex scriptura: *Erunt duo in carne vna.* Diuina Charitas est, definitore Augustino, motus animi ad fruendũ Deo, propter ipsum: & se atque proximo, propter Deũ. Charitas si ordinata esse debeat, necesse est, vt per desiderium currat, de Deo, & cum Deo, & in Deum. De proximo, cum proximo, & non in proximum. De Mundo, nec

Charitatis nomen vn de deductũ 250.15.

Aug. serm. 52. *de tẽp.*

1. *Cor.* 7.

96.13.

Aug. lib. 3. *cap.* 10. *de doct. Christiana.*

August. de sub. dile. cap. 5.

340.26.

nec cum mundo, nec in mundum, vt in solo Deo quiescat per gaudium. Tria enim sunt, quibus desiderium per motum currit, et in quibus gaudium quiescit, Deus, Proximus, Mundus. De Deo desiderium currit, quando de eo accipit, vnde eum diligit. Cum Deo currit, quando eius voluntati in nullo resistit. In Deum currit, quãdo in ipso requiescere appetit. De proximo currit, quando de salute eius & profectu gaudet. Cum proximo verò, si illum in via comitem itineris, & socium peruentionis habere concupiscat. Sed in proximum non potest, vt scilicet in homine spem & fiduciam collocet. De mundo verò currit, quando inspecto foris Dei opere, per admirationẽ & laudẽ, ardentius intus ad ipsum se cõuertit. Cur mũdo autem curreret, si se per mutabilitatem temporaliũ, siue deijciendo in aduersis, siue eleuãdo in prosperis, huic conformaret. In mundũ verò, si in eius delectationibus semper requiescere vellet. In ordinata igitur charitate tria sunt, quæ ad Deũ pertinent, scilicet desiderij cursus de Deo, cum Deo, in Deũ. Ad proximũ duo, de proximo, cũ proximo, nõ in proximũ. Ad mundũ vnum, videlicet de mundo currere, non aut cum ipso, aut in ipsum. Charitas, quaten⁹ nos facit

Quæ sunt in charitate ordinata

341.4.

And. Veg. in cõc. Tri.

facit gratos Deo, gratia dicitur: quatenus verò faciles facit, & promptos, expeditosq; ad diligendum Deum, charitas appellatur. Charitatem sublimiorem esse omnibus virtutibus, tum sine illa nulla Dei dona prodesse, paulò ante ex scripturis diuinis ostendimus. 272.31.

Gratia quomodo distinguatur à charitate

Ex definitione charitatis apparet, obiectum charitatis esse Deum & proximum. Cęterum quomodo amandus sit Deus et proximus, ante ostẽsum est, vbi scilicet primũ præceptũ Decalogi explanauimus. Expresit quoq; Ioannes Apostolus, qualis charitas esse debeat, quũ diceret: *Filioli mei nõ diligamꝰ verbo neq; lingua, sed opere & veritate.* Et Paulus: *Finis autem præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta,* Nec est, quòd quispiã diligere se Deũ affirmet, si proximũ non amet. Nam & Ioannes Apostolus loquitur: *Si quis dixerit quoniã diligo Deum, & fratrem suum oderit, mẽdax est. Qui enim non diligit fratrẽ suum, quem videt, Deũ, quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mãdatum* (inquit) *habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suũ.* Iam si quispiam mundi amore captus, se amatorem profiteatur, fallitur: eodem Ioanne testante. *Nolite* (inquit) *diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* 314.9. 250.15. 1.Ioan.3. 1.Tim.1. 346.3.

Obiectum charitatis.

Qui non diligit proximũ, non diligit Deum

Amator mundi Deum diligere non potest.

Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in
103.29. *mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo.* Hinc
1.Cor.7. & Paulus: *Qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam non vtentes, præterit enim figura huius mundi.* Quibus quidem verbis innuit, vt hi, quos aut casus, aut necessitas inuoluit mundanis negotijs, sic vtentur, quasi non vtantur: Vt harum rerum curam postremam habeant, primam cœlestium, si solam esse non licuerit. Cui non dissimile est
Psalm.61. Psalmographi: *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.*

Cur Deus amandus. Amandus autem Deus propter ipsum, quippe qui sit summum bonum:
182.15. cuius gratia (vt ante ostensum est) omnia condita sunt: isque solus sit, in cuius facie beatissima contemplanda, mens humana omnibus gaudijs & voluptatibus cumulari possit, & in suauissima pulcherrimi numinis illius contemplatione conquiescere, dicente Psalmographo: *Satiabor quum apparuerit gloria tua.* Nam illa, quæ
Psalm.10. homines in bonis ducunt, illisque à Deo amando abducuntur, sunt momentanea, caduca, fluxa, plus fellis, quàm mellis habentia, ad extremum-

que

que interitum plærunque ducentia, atque ob id nihili. Id illi ipsi, qui aliquando ijs corda sua enutrierunt, testantur condemnati, docente Scriptura: *Lassati sumus* (inquiunt) *in via iniquitatis, & perditionis: & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus*. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius percurrens, & tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius, cùm præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus. Eorum itaque exemplo vnusquisque cautior reddatur, neque patiatur se ab amore Dei rebus nihili abduci. A cuius charitate, non solùm his, sed etiam contrarijs, diligentes Deum auelli minimè possunt, vt Paulus docet: *Quis* (inquit) *nos separabit à charitate Dei? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persequutio? an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sicut oues occisionis, sed in his omnibus superamus, propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita*, & cætera.

Sapien.5. 405.32.

Rom.8.

Sunt aliæ cauſæ, propter quas Deus diligendus ſit, inter quas eſt illa nō poſtrema, quòd ſit dator omnium bonorum, quorum quidem nullam partem, non dicam referenda, verùm ne cogitanda quidem gratia, conſequi poterit quiſquā. Quòd ſi bos (vt eſt apud Prophetam) cognoſcit poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui, cur homo Deum Dominum et patrem ſuum beneficentiſsimum non agnoſcat atq; amet?

Eſaiæ.1.

Cauſæ efficientes charitatis eædem ſunt, quæ & fidei: proinde eas miſſas facio. Atque hactenus de fide, ſpe, & charitate pro ratione compendij dictū ſit.

231.17. *Tribulatio.*

Fidei, ſpei, & charitatis ſtudioſi, tentationibus, & tribulationibus inceſſuntur, docente Scriptura: *Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia, & in timore, & præpara animam tuā ad tētationem.* Itē: *Multæ tribulationes iuſtorū, et de omnibus his liberabit eos Dominus.* Et alibi: *Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei.* Sic Abraham tētatus eſt, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Iacob, ſic Moyſes, ſic Iob, Tobias, Dauid, Ezechias, Apoſtoli, Ioannes Baptiſta, Maria Chriſti Ieſu mater, atque

Eccle.2. *Pſalm.33.* *Act.14.* *Iudith.8.*

que adeò omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Hinc & Christus Iesus post baptismum se tentari sinit, videlicet ostendens, nos post baptismum tentationes excepturos esse. Idemq; quanta pertulerit, quamq; acerbissimā & despicatissimā mortē opetierit, nemo est qui nesciat. Igitur conregnare qui volet cum capite Christo, illi compatiatur oportet: de qua re Christus: *Qui non accipit crucem suā, et sequitur me, non est me dignus.* Porro tribulationes irruere permittit, vt homo discat quoniā Christi baptisma multò illū fortiorē fecit. Deinde vt in mediocritate illa egregia permaneat, neq; donorum scilicet magnitudine elatus, neque tentationū mole depressus. Ad hæc verò vt malignus ille dæmon, cùm de tua discessione dubitat, ex ipsa tribulationum tolerantia discat, quòd perfecta ab illo abrenunciatione discesseris. Quartò, vt fortior & ipso prorsus ferro valentior tētationum exercitatione reddaris. Quintò, vt capias grande documentum thesaurorum tibi à Domino creditorum. Neque enim superueniret tibi, neque aduersus te diabolus irrueret, nisi in maiore honore te positum cōspiceret. Hinc enim aduersus Adam insurrexit ali-

Matth. 4.

Rom. 8.

Matth. 10.

Tribulatio cur?

337. 23. Chrysost. homil. 13. in Matth.

Adam.

quando, quia multa illum dignitate vi-
dit conſpicuum, propterea & contra
Iob. ſanctum Iob nequitiæ ſuæ arma cõmo-
uit, quia vbique videbat illũ ab omni-
um Deo miris laudibus coronatũ. Ple-
runq; autẽ iudicio Dei hic affligimur,
ne cum mundo dãnemur, id quòd Pau-
1. Cor. 11. lus teſtatur Corinthijs ſcribens: *Quod ſi
noſmetipſos* (inquit) *dijudicaremus, non
vtique iudicaremur: dũ iudicamur autem
à Domino corripimur, vt non cũ hoc mun-
do damnemur.* In ſumma Deus permit-
tit tribulationes in ſuos, neq; ilico libe-
rat, ne ab eo declinemus, quin potius iu-
ſta & debita obſequia illi præſtemus.
Afflictio enim religioſos facit, cuius rei
Pſal. 118. teſtis eſt Pſalmographus, cùm diceret:
*Bonum mihi quia humiliaſti me, vt diſcam
iuſtificationes tuas.* Item: *Priuſquam hu-
miliarer ego deliqui, propterea eloquium
tuum cuſtodiui.* Solent enim deliciæ &
Luxuriant animi rebus ſecũdis 268. 6. res ſecundæ homines effrenatos & re-
Deut. 32. ligionis negligentes reddere. Eius rei
exemplo eſt populus Iudaicus, de quo
Moyſes: *incraſſatus* (inquit) *dilectus, &
recalcitrauit, incraſſatus impinguatus, di-
latatus, dereliquit Deũ factorẽ ſuum, & re-
ceſſit à Deo ſalutari ſuo.* Quamobrem &
Quare via impiorum proſperatur Deus volens afficere ſupplicio illos qui
parere nolũt ſalutaribus eius monitis,
patitur plærunq; eos indulgere & ob-
ſequi

sequi cupiditatibus suis, quibus sibi pestem ac perniciem comparant. Quod Dauid innuit cùm diceret: *Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, in adinventionibus suis.* Quam impiorum prosperitatem Ieremias admiratur dicens: *Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prævaricantur, & iniquè agunt.* Et Iob: *Quare ergo impij viuunt, sublevati sunt, confortatique diuitijs? Semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum*, & cætera. Dauid item eum impiorum successum cùm aliquando expenderet, parum adfuisse dixit, quin de recta sententia depelleretur. *Quam bonus* (inquit) *Deus Israël, his qui recto sunt corde, mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns.* Et quæ sequuntur. Ita quidem impijs plærunque secundæ res sunt, vt etiam moriantur sani, robusti, diuites, & fœlices, visceribusque adipe plenis: partim vt dum hic suis cupiditatibus obsequantur, grauiores pœnas in vita futura dent: partim quòd nonnunquam pro suis quibusdam operibus, sua bona hic accipiant, illis post hanc vitã carituri. Quemadmodum diues ille apud Lucam, cui,

247.24. *Psal.80.* *Ierem.13.* 352.7. *Iob.21.* *Psal.72.* *Iob.21.* 347.6.

Luc.10. cui Abraham dixit: *Fili recordare quia recepisti bona in vita tua.* Pij contra plerunque in amaritudine absque vllis opibus mori solent, adeò vt & canibus dilaniandi dentur, quò scilicet fides eorum & charitas in Deũ hominibus clara sit. Non igitur grauiter pijs commouendum, rebus secundis improborum, quòd scilicet fugaces sint, & maioratilis supplicia pareãt. Cuius rei Psalmographus admonens, inquit: *Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatem. Quoniã tanquam fœnũ velociter arescent, & quemadmodũ olera herbarum cito decident.* Et paulò post: *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Desine ab ira & derelinq; furorem, noli æmulari vt malignetis, quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terrã. Et adhuc pusillum, & non erit peccator, et quæres locum eius, & non inuenies.* Itẽ: *Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: quæsiui eum & non est inuentus locus eius.*

Nõ mouendum fœlicitate improborum.

Psalm.36.

387.17.

Hostes spirituales qui.

Hostes spiritales cum quibus nobis depugnandum est in vita hac quasi militia, sunt caro, mundus, diabolus. Caro, id est, affectus praui, seu cõcupiscentia, qua solicitamur ad malum. De qua

Caro.

144.10.

Iaco-

Iacobus Apostolus: *Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua, abstractus et illectus, deinde concupiscentia, cùm conceperit, parit peccatum, peccatum verò cùm consummatum fuerit, generat mortẽ.* Et Paulus: *Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus aduersus carnem, vt non quæcunque vultis, illa faciatis.* Et alibi: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati, quæ est in membris meis.* Vt autem hæc planius pernoscantur, sciendũ est, hominẽ constare ex corpore & anima. Corpus ortum habet ex semine, quod quidẽ est excrementum vltimi alimenti, sanguinis scilicet, vt philosophi tradunt. Cui quidem semini est etiam permistus seu aër ex corde per arterias procedens, vt medici tradunt, quòd & in sectionibus corporis humani euidentissimè conspicitur. Anima verò humana iudicio Dei exnihilo creatur, & infunditur formato in vtero corpori. Habet autem anima duplicem vim præcipuam, vna quæ docet & explanat quid agendum fugiendúmve sit, quæ dicitur mens seu ratio: Hãc Paulus vocat modò spiritum, modò interiorem hominem, modò legem mentis. Hæc lumen illud vultus diuini, & legẽ illã honestatis ex archetypo diuinæ mentis sibi impressam retinens,

Iacob. 1.

Gala. 5.

352. 31.

Homo ex quibus constet. 59. 12.

Animæ vis duplex. 24.

Aug. li. 1. de ori. animæ Quæst. 32. veteris & noui test. de eccl. dogm.

Rom. 7.

Ratio quæ vocatur à Paulo.

Aristo. li. 1. Ethi. tinēs, ad optimas res (quemadmodum etiam nonnulli philosophorum gentilium sensere) inuitat, idque quantū patitur ignorātiæ nebula eius obfuscans iudicium. Quam etiam ijdem philosophi foris venire in corpus affirmarenō dubitarunt, esseque immortalem. De qua Paulus: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.* Altera vis præcipua animæ humanæ est Græcis ὁρμή, Latinis appetitus, quæ hominem huc atq; illuc rapit, dum cupit, dum irascitur, expetit, ceterisq; affectibus concutitur, quorum affectuū praui, rationi repugnantes vna cum ignorantia, originali peccato animæ insiti sunt, manentque etiam post baptismū labe peccati originis abstersa, tum ad custodiam humilitatis, tum materiam segetemque virtutis, vt ante ostensum est, vbi de peccato originali & concupiscentia egimus. Hanc vim animæ diuus Paulus appellat aliquando carnem, aliquando corpus, aliquando exteriorem hominē, aliquando legē membrorum. Hæc itaq; altera animæ pars, oblato eo quòd videtur esse vtile, illud sequi cupit, cōtra quòd inutilis speciem

Rom. 7.

Amb. lib. 1 c. 7. offic.

Affectus praui vnde 355. 2.

Gal. 5.

Rom. 7. 357. 18.

prę

præ se fert, refugit, natura eius ita ferente. Hinc philosophi, quatuor affectus vniuersaliores ponũt, duos ratione mali, præsentis quidẽ, ægritudinem, id est, mœrorem, futuri verò metũ. Ratione boni totidem, prẽsentis lætitiam, futuri libidinem vel cupiditatẽ. Aegritudini subijciunt inuidentiam, æmulationem, obtrectationẽ, misericordiam, angorẽ, luctum, mœrorẽ, ærumnã, dolorem, lamentationem, solicitudinem, molestiã, afflictionem, desperationem, & si quæ sunt de eodem genere. Sub metũ conijciunt pigritiam, pudorem, terrorẽ, timorem, pauorẽ, exanimationem, conturbationem, formidinẽ. Voluptati subdunt, maleuolentiã, delectationem, iactationem, & similia. Libidini verò iram, excandescentiam, odium, inimicitiam, discordiam, indigentiam, desiderium, &c. eiusmodi.

Ci. 4. Tusc. Affectus quatuor vniuer. 354.26.

Aegritudini quæ subijciuntur. 356.22.

Voluptatis species libido. 356.28. 213.5.

Descriptiones singularum affectuum.

Hæc autem definiunt hoc modo Inuidentiam esse dicunt ægritudinem susceptam propter alterius res secundas, quæ nihil noceant inuidenti. Aemulationem (vt hoc loco accipitur, nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur) Aegritudinem, si eo quòd quis concupierit, alius potiatur, ipse careat. Obtrectationem, quam intelligunt zelotypiam. Aegritudinem, ex eo quòd alter

alter quoque potiatur eo, quod ille ipse concupiuerit, Misericordiam, ægritudinem ex miseria alterius iniuria laborantis. Angorem, ægritudinem premen tem. Luctum, ægritudinem ex eius qui charus fuerit interitu acerbo. Mœrorẽ, ægritudinem flebilem. Aerumnã, ægritudinem laborioſam. Dolorem, ægritudinem cruciantem. Lamentationem, ægritudinem cũ eiulatu. Solicitudinem, ægritudinem cũm cogitatione. Moleſtiam, ægritudinem permanentem. Afflictationem, ægritudinem cum vexatione corporis. Deſperationem, ægritudinem ſine vlla expectatione rerũ meliorum. Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metum, ea ſic definiunt. Pigritia, eſt metus conſequentis laboris. Terror, metus concutiens. Ex quo fit, vt pudorem rubor, ſicut terrorem pallor & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Timor, metus mali appropinquantis. Pauor, metus mentem de loco mouẽs. Exanimatio, metus ſubſequens et quaſi comes pauoris. Conturbatio, metus excutiens cogitata. Formido, metus permanens. Voluptatis autem partes hoc modo deſcribunt. Maleuolentia, eſt voluptas ex malo alterius ſine emolumento ſuo. Delectatio, voluptas ſuauitate auditus animum deliniẽs. Et

355.14. *Deſcriptiones ſpecierum metus*

290.18.

Voluptatis ſpecies.

343.21.

qualis

qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum, quæ sunt omnes vnius generis, ad perfundendum animum tanquam illi quæ factæ voluptates. Iactatio, est voluptas gestiens, & se efferens insolentius. Quæ autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt ira sit libido puniendi eius, qui videatur læsisse iniuria. Excandescentia autem sit ira modò nascens, & modò desistens, quæ θυμωσις Græcè dicitur.

Libidinis species. 361.27.

Odium, ira inueterata. Inimicitia, ira vlciscendi tempus obseruans. Discordia, ira acerbior intimo odio & corde concepta. Indigentia, libido explebilis. Desiderium, libido eius qui nondū adsit videdi. Affectuum omnium tres esse perhibentur, qui animis hominum tantas perturbationes cient, & interdū ita cogunt delinquere, vt nec famæ interdum, nec periculi sui respectu tuta habere permittant. Ira, quæ vindictam cupit. Auaritia, quæ desiderat opes. Libido, quæ appetit voluptates.

358.17. *Affectus vehemētiores* *Lactā. l. 6. cap. 19.*

De affectibus philosophi veteres nō similiter sensēre. Stoici euellendos esse sapienti censent, in cuius animo vice affectuum vniuersalium, quos ex opinione bonorum malorumque nasci putant, supponunt alia quædam: pro cupidi-

Hieron. ad Ctesiphon. Cic. 4. Tusc. 360.2. *Aug. li. 14. de Ciuit.*

piditate, voluntatem eam esse dicentes, quæ cum ratione quid desiderat.

Stoici. Quæ autem aduersus rationem incitata est vehementius, ea libido, vel cupiditas effrenata dicitur. Pro lætitia, quã definiũt sine ratione animi, elationem substituunt gaudium, quod tum esse dicunt, cũ ratione mouetur animus placidè atq; constanter. Pro metu, quì illis est delinatio sine ratione & examinatione humili atq; fracta cautione. Pro ægritudine seu tristitia, quã definit animi aduersante ratione, contractionem, nihil voluerũt in animo sapientis esse: quòd tristitia sit de malo, quod non euenit sapienti. Et hæc quidem Stoici.

Peripateticorum sententia de affectibus. Peripatetici contrà, affectus quos communes animæ cũ corpore sentiunt, non euellendos prorsus esse, sed moderandos aiunt. Quamuis & Stoici eò reuoluuntur, quò Peripatetici perueniunt.

357.27. Nam quæ tollenda esse censent, non tollunt, sed temperãt. Siquidem nomina tantummodo immutant, res ipsas manere sinunt, quæ reuera tolli non possunt prorsus. Hoc enim esset hominẽ ex homine tollere, & in corpore constitutũ esse sine corpore, vt ait Hieronym⁹ in epistola ad Ctesiphõté. Quin & virtutem, cui soli locum relinquunt, hac ratione ab homnie amouerent.

Nam

Nam si virtus est in medio iræ impetu se ipsum cohibere, & reprimere, quod negare non possunt. Caret ergo virtute, quisquis ira caret. Si virtus est libidinem corporis contemnere, virtute careat necesse est, qui libidinem quã temperet non habet. Si virtus est cupiditatem ab alieni appetitione refrenare, nullam virtutem potest habere, qui caret eo ad quod cohibendum virtutis vsus adhibetur. Vbi ergo vitia non sunt, nec virtuti locus est: sicut nec victorię quidem vbi aduersarius nullus est. Affectus igitur, quasi vbertas animorũ est naturalis. Nam sicut in sentes ager qui est natura fæcundus, exuberat: sic animus incultus, vitijs sua sponte inualescentibus velut spinis obducitur. Non est itaque probanda sententia Stoicorum, de euellẽdis stipitibus affectuum, neque semper proprietate vocum ab illis posita, Christiana locutio refrenanda est. Sed nec Peripateticorum sententia de affectibus moderandis Lactantio probatur, quòd affectus vitia esse concedẽtes, ea mediocriter temperent. Carendũ enim est vitijs etiã mediocribus. Quin potius efficiendũ fuit, primum ne vitia essent, nec enim quicquam vitiosum nasci potest, sed vitia fieri, si malè vtamur affectibus, virtutẽ si

Aug. l. 14. de ciuit.

Lactan. li. 6. de vero cultu.

si bene. Deinde monstrandum est, non ipsos affectus, sed eorum causas moderandas. Non est, inquiunt, nimia lætitia gestiendum, sed modicè ac temperatè. Hoc verò tale est, quale si diceremus non esse concitatè currendũ, sed gradiendum moderatè. At potest & qui graditur errare, et qui currit rectã viam tenere. Inueniuntur certè aliqua, vbi non tantùm modicũ, sed vel punctum gaudere vitiosum est: & alia cõtra, vbi exultare lætitia: vel minimè, criminosum. Quid tãdẽ nobis ista mediocritas proderit? Nõ igitur in his moderandis sapientiæ ratio versatur, sed in causis eorum, quoniam extrinsecus commouentur. Nec his potissimum frena imponi oportuit, quoniam & exigui possunt esse in maximo crimine, & maximi possunt esse sine crimine. Assignandi itaque fuerunt certis temporibus, & rebus, & locis, ne vitia sint, quibus recte vti licet. Quod si fiet, non modo vitia non fient, quæ philosophi esse vitiosa sentiunt, sed etiam virtutes si ad debitum finem id est, ad Deum referantur.

362.1.

388.31. Cupiditas, verbi causa, inter vitia numeratur. Sed si hæc, quæ terrena sunt concupiscit, vitium est, virtus aũt si cœlestia. Qui enim iustitiã, qui deũ, qui vitã perpetuam, cæteraq; id genus cupit, con-

consequi opes istas, & honores cõtemnet. Dicet fortasse Stoicus, voluntate opus est ad hæc consequenda, non cupiditate: imò verò parum est velle, multi enim volunt, sed cum dolor visceribus accesserit, voluntas cedit, cupiditas perseuerat, qui si efficit vt contemptui sint omnia, quæ à cæteris appetuntur, summa virtus est. Siquidem continentiæ mater est, ideoq; potius id efficere debemus, vt affectus, quibus praue vti vitium est, dirigamus in rectum, ita fiet vt virtutes sint. Ira igitur ad coërcionẽ peccatorũ, id est, ad regendã subiectorũ disciplinã data est, vt melius licentiã cõprimat, & compescat audaciam. At qui terminos eius ignorat, irascitur paribus, aut fortioribus temerè, inde ad immania facinora prosilitur, inde ad cædes, inde ad bella consurgitur. Cupiditas ad desiderãda & conquirenda vitæ necessaria tributa est, sed qui nesciunt fines eius, insatiabiliter opus congerere nituntur. Hinc venena, hinc circũscriptiones, hinc falsa testimonia, hinc omnium fraudum genera erumpent. Libidinis affectus ad procreandos filios insitus & innatus est, sed qui limites eius in aĩo non tenẽt, vtũtur eo ad solã voluptatẽ, inde illicitæ nuptiæ, inde adulteria & stupra, inde omnes corruptelæ

267.30.

360.27.

355.28.

oriuntur. Redigẽdi igitur affectus pra-
370.19. ui in viam rectam, in qua etsi vehemen-
359.13. tes sunt, culpam tamen habere nõ pos-
sunt. Danda igitur opera, vt ratio quæ
discernit expetenda à fugiendis præsit
quasi dux animæ & gubernator, va-
cetque temeritate & insciția: appetitus
verò obtemperet rationi, illam neque
præcurrendo, neque deserendo, iudici-
umque in suis desiderijs rationis expe-
ctet, néve efficiat, vt homo, etsi meliora
videat probetq;, deteriora tamẽ sequa-
tur. Porro appetitum rationi obedire,
97.26. declarãt obiurgationes & admonitio-
Arist. 1. Ethic. nes. Hinc & Aristoteles cupiendi vim
& appetendi, rationis quodammodo
esse ait participem, eo scilicet quo ipsi
obedit & obtemperat. Sed hactenus de
1. Ioan. 5. carne & affectibus dictum sit. Alter ho-
Mundus. stis est spiritalis. *Mundus totus*, vt Ioan-
1. Ioan. 2. nes ait, *in maligno positus*: *Omne enim*,
346.3. eodem teste, *quod est in mundo, concupi-*
scentia carnis est, & concupiscentia oculorũ,
Cõcupiscen- *& superbia vitæ*. Est autem Concupi-
tia carnis. centia carnis (ait Augustinus) non mo-
251.31. dò libidinis & rei venereæ, sed omniũ
quæ ad carnem pertinẽt immoderatus
& illicitus vsus, siue cibi, siue potus, si-
ue lusus. Concupiscentia verò oculorũ
& auaritiam & omnem inanem com-
prehendit rerum expetibiliũ curiositã-

tem.

tem. Superbia, vitæ omne genus arrogantiæ & ambitionis ac superbiæ. Præterea sunt multi mundo addicti, ac nihil præter mundum sapientes, qui sæpius pios odio prosequi solent: de quibus Ioannes: *Nolite mirari fratres, si odit vos mundus, nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitã*, hoc est, si fraterna secundũ Deũ charitas in nobis est, tunc scimus de morte peccati ad vitam gratiæ nos esse translatos, & hanc vitam viuentes, mortem temporalem vereri non oportet. Tertius hostis hominum est diabolus, *qui* (vt Petrus ait) *tanquam leo rugiens, circumit, quærens quem deuoret*. Ab hoc tentationes fiunt in homines, aut pro suis peccatis puniendos, aut pro Domini misericordia probandos & exercendos. Fiunt autem non potestate eius, sed permissu Domini. Id quod inter cætera colligere licet ex illo Euangelij loco, vbi diaboli ex dæmoniaco pellendi, Christum petierunt, vt illos in gregẽ porcorum ingredi pateretur. Quod quidẽ fecit, partim vt indicaret malignitatem diaboli, eã tamen inualidam ad nocendum sine permissione diuina: partim vt ostenderet diabolum in eis plurimum valere, qui vitam porcorum agũt, qui ob id princeps mũdi dictus est. Sic & Iob afflixit

183.20.

1. Ioan. 3.

Diabolus.

Diaboli tẽtationes.

368.2.

Aug. lib. 2. de ser. Do. in monte.

364.3.

Ioan. 12.

facultate à Deo expetita. Inter cæteras autem plurimas oppugnandi rationes quibus hominē diabolus adoritur, est & illa qua cogitationes malas cordi
392.8. immittens, ad mala patranda homines perducit. Cuius rei exemplum est in Iuda proditore, de quo Ioannes sic scriptum reliquit. *Cùm diabolus iam immisisset in cor Iudæ, vt traderet Iesum.*
Ioan.13.

Diabolus Græcum nomen est, significans criminatorem. Non est enim di
Ioan.8. cente Christo, veritas in eo, quia mendax est & pater eius, mendacij scilicet. Hic & dæmon dicitur in literis sacris,
Aug.ex.c. 12.ciu.Dei hoc est sciens. Apud Gentiles verò dicebantur boni & mali dæmones. Porrò dæmones, hoc est, scientes dicūtur, non quòd æternas temporū causas & quodammodo præcipuas in Dei sapientia contemplentur, sicut angeli boni. Sed quòd quorundā signorū nobis occultorū maiore experientia, vel etiā longitudine temporū peritiores facti, vel ab angelis sanctis iussu Dei de quibusdam rebus certiores reddi soliti, multò plura futura quā homines perspiciant, dispositiones q; id est, ea quę facturi sunt, aliquādo prænūcient, veluti diuinādo. Fuerunt autē diaboli angelis sanctis æquales creati, verū proprio vitio maligni facti. Nā quū vnus inter illos clarior

106.31. *Diaboli in qua conditione creati fuere.*

rior quasi princeps fuisset, atq; ob hoc eminentia naturæ & scientia inflatus, Deus dici voluisset, multosq; in præuaricationem traxisset, vna cũ illis de cœlo eiect⁹ est, de qua re Petrus: *Deus* (inquit) *angelis peccantibus nõ pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarũ tradidit cruciandos, in iudiciũ reseruari.* Christus item apud Lucam: *Videbam sathanam sicut fulgur cadentẽ de cælo.* Id & Esaias significauit, cùm diceret regẽ Babyloniæ perinde casurũ atque Luciferũ decœlo. *Quomodo cecidisti* (inquit) *de cælo Lucifer, qui mane oriebaris?* Cæteri autem angeli qui Domino pia obedientia cohæserunt, gratia Dei sic in omnibus circundati sunt, vt nunquam cadere possint à beata vita, qua fruuntur Domino cohærentes.

2. Petr. 2.
Lucæ. 10.
Esaiæ. 18.

Angelorũ tres hierarchias esse quidã tradũt. Supremã, mediam, & infimam. Quarũ singulæ ternos ordines cõtinẽt. Suprema Seraphinos, Cherubinos & Thronos. Media Dominationes, Principatus, Potestates. Infirma Virtutes, Archãgelos, et qui Angeli magis ꝓprio vocabulo, quod est alioqui omnib⁹ cõmune nominãtur. Licet aũt cũcta gratiarũ munera omnes acceperint, alia tamẽ alijs largi⁹ tributa sunt. Itaq; Seraphini appellantur, qui cæteris charitate præ-

Diony. de cælesti hierarchia.

Hebræ. 2.

stant. Cherubini qui sapientia, ac cæteri eodem modo. Sed quanquã angeli quò superiores sunt, hoc rarius à Deo in ministerium aliquod mittũtur (tutelares enim quorum cuiq; singuli homines committuntur, ex infimo ordine sunt) tamẽ ex omnium ordine quãdoque mitti testatur Paulus, *qui*, inquit, *omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiũt salutis*. Atq; ob id angeli, hoc est, nũcij dicũtur. Nã angeli ex eo q̃ sunt, spiritus sunt. Cuncta autem quę in rebus insensibilibus, vel creaturis sensibilibus geruntur, per illos administrari qui ambigit, multum à luce veritatis desipit. Qui etiam orationes & vota nostra dicuntur offerre Deo. Nõ quia Deum doceant, quia omnia antequam fiunt, sicut & postea quæ facta sunt nouit: sed quia eius voluntatem super ijs consulunt, & quod Deo iubente completum esse cognouerunt, hoc nobis vel euidenter vel latenter reportent. Ordinum angelorum inter cæteros sacræ scripturæ locos, est mentio apud Paulum ad Colossen. *Quoniam in ipso* Christõ scilicet, *condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestas. Omnia per ipsum & in ip-*

Matth. 18.

Hebræ. 1.

Aug. de cognitione vere vitæ.

Aug. lib. de Medit.

Tobias 12.

Coloss. 1.

so creata sunt. Quomodo autem se habeat beatissima illa superna societas, quæ ibi sint differentiæ personarum, cùm omnes generali nomine angeli nuncupentur, Augustinus se ista ignorare confitetur. Sed hactenus de tribulationibus & hostibus spiritalibus, angelisque diximus. Deinceps arma quibus contra prædictos hostes vtendum sit, describamus. *In Enchir. ad Laurentium.*

Quibus armis cõtra hostes spiritales pugnãdum est, Christus ipse exemplo suo docuit. Quem cùm diabolus in gulam, vanam gloriã, & auaritiã inducere tentasset, ille sacrã scripturã protulit, qua illũ refelleret, vt Matthæus & Lucas docent. Idemque cum mœstitia & pauore afficeretur, adeo vt sanguineus sudor è corpore illius in terrã defloueret, ter ad Deũ patrem orauerat, discipulisq; suis, ne in tẽtationem intrarent, istuc ipsum faciundũ præceperat, quòd & ipse aliâs factitabat. Scientia igitur verbi diuini, & precatio, sunt arma præcipua, quibus contra hostes spiritales pugnandũ est. Sanè scientia salutaribus opinionibus & præceptis communit intellectum humanũ aduersus tentationes. In quam sententiam Psalmographus dixit: *Parasti in cõspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.* *Arma contra hostes spiritales quæ.* *Luc. 22.* 166.14. *Sacrarum literarum vtilitas.*

Nec enim aliunde efficacius solamen
364.3. aduersus tribulationes & tentationes
haberi potest, quàm ex literis sacris, ac
Psal.118. cente eodem. *Nisi quod lex tua* (inquit)
meditatio mea est, tunc forte perissem in
afflictione mea. Atque ob id eloquia Dei
mihi dulciora melle esse ait faucibus
suis. Præterea legē Dei lucernā pedibus
& lumen semitis suis, quòd scilicet ani-
mū humanum literæ sacræ suauissimè
pascant, in tenebris q; vitæ huius homi-
nibus ingredientibus tanquā fax præ-
ceāt, ne quid offendāt, néve aberrēt ab
ea via quæ ducit ad vitā beatam & im-
mortalē. Siquidem & à vitijs deterrēt,
& animū attentū emolliūt atq; trans-
Ierem.23. formant. Vnde malleo conterēti petrā,
Hebræ.4. igniq; & gladio cōparantur. Præterea
Ephe.6. fidem, spem, charitatem, cæteras q; vir-
tutes edocent, vt Paulus ad Timotheū
2.Tim.3. scribit. *Omnis* (inquit) *scriptura diuinitus*
inspirata, vtilis est ad docendum, ad argu-
endum, ad corripiendum, ad erudiendum
in iustitia, vt perfectus sit homo Dei ad om-
ne bonum instructus. Porrò precatio pu-
Precatio. ra in cœlum subducit affectū, in quam
370.1. arcem animus humanus per fidē, spem,
& charitatem sublatus si fuerit, ab hos-
tibus spiritalibus neutiquā expugnari
poterit. Quis enim est qui contra
Roma.8. Deum prævaleat? Qui si pro nobis fue-
rit,

rit, quis contra nos? futurus est autem proculdubio, si fide & spe firma, charitateq; ardente eum inuocauerimus: vt scriptura diuina docet. *Prope est Dominus* (inquit Propheta) *omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatē timentium se faciet, & deprecationem eorū exaudiet, & saluos faciet eos.* Hoc & Christ? ipse futurum pollicitus est. *Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis.* Vult autem Deus vt precemur illum, nō vt doceamus quo opus sit nobis, scit énim, vt Christus ait, quib? indigeamus antequam petamus. Verū vt inflectamus, vt familiares efficiamur interpellationis frequētia, vt humiliemur orando, vtque peccatorum nostrorum sepe recordemur, quamque sine Deo nobis non sufficiamus, sed illū datorem omnium bonorum agnoscamus, & petendo credamus. Quæ quidem dum à nobis fiunt, corda nostra serenantur ac purgantur, capacioraque efficiuntur ad excipienda diuina munera, quæ spiritaliter nobis infunduntur. Non enim ambitione precum nos exaudit Deus, qui semper paratus est dare suam lucem nobis, non visibilem, sed intelligibilē & spiritalem, sed nos non semper parati sumus accipere, cùm inclinamur in alia, & rerū temporalium,

Psal. 144.

Matth. 21. Marc. 11.

Cur Deum oramus. Matth. 6. Chryso. homil 19. in Matth. 368. 26.

Aug. lib. 2. de sermo. Domini in monte. epi. 121.

Quid est oratio Homilia. 31. in Genesin. 386. 1.

cupiditate obtenebramur. Quid autem sit oratio dicendũ est. Oratio (vt Chrysostomus describit) est colloquiũ cum Deo. Vel, vt Augustinus, est mentis deuotio, id est, conuersio in Deum, pet pium & humilem affectum. Potest & sic definiri. Oratio est eleuatio mentis ad Deum, qua ab eo salutaria petuntur. Mentis quidem eleuatio in oratione requiritur, nam non strepitus labiorum, sed ardens animi votum tãquam intentissima vox ferit aures diuinas. Cùm enim Deus sit spiritus, eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare, inquit Christus. Qui alibi de Iudæis loquitur: *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me.* Hic affectus mentis si diuturnus fuerit, non est vituperandus. Nam & de Christo scriptum est, quòd pernoctauerit in orando, & quòd prolixius orauerit. In affectu itaque mentis est oratio, non in multiloquio, docente Chtisto: *Orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt.* Putant enim quòd in multiloquio suo exaudiantur. Absit ab oratione, ait Augustin. multa loquutio, sed non desit multa precatio, si feruens perseuerat intentio. Nam multum loqui est in orando rem necessariam superfluis agere verbis, mul-

Theoph. super Matth.

Ioan. 4.

Matth. 15.

Luc. 22.

Matth. 6.

De orando Deo ad Probam.

multum autem precari, est ad Deum, quem precamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Siquidē plærunq; hoc negocium plus gemitibus quàm sermonibus agitur, plus fletu quàm affatu. Ponit autem lachrymas nostras in cōspectu suo, & gemitus noster non est absconditus ab eo, qui omnia per verbum condidit, et humana verba non quærit, hæc ille. Vt autem mens ad Deum in oratione eleuetur, idque non inutiliter, fides, spes, charitas in primis requiruntur. Fides enim (vt ait Augustinus) credit: spes, & charitas orant, sed sine fide esse nō possunt, ac per hoc & fides orat, ꝓpterea quippe dictū est: *Quomodo inuocabunt in quem non crediderunt?* Qui enim credit se ex seipso infirmum, & peccatis obnoxium, nec citra diuinum donum aliquid habere aut valere: præterea Deū esse omnipotētem, misericordem, omniumque bonorum datorem, is certè illum precabitur, neque credens ꝙ propheta faciundū admonet, festinabit, quin sperās expectabit. Qui enim ferre moram non potest, is neq; constantiā, neq; fidendi perseuerantiam cōseruare potest. Diffidens autem, bona quæ petit non accipit: *Qui enim hæsitat*, ait Iacob⁹, *similis est fluctui maris qui à vento mouetur, & circunfer-*

Multum loquiin orando.

374.14.

312.5.

Quomodo mens in orando eleuatur ad Deum.

In Enchir. ad Laurentium ca.7.

Roma.10.

Dsalc.28.

Iacob.2.

tur, non ergo existimet homo ille quòd aliquid accipiat à Domino. Præterea diffidens, grauissimas pœnas diffidentiæ luit, vt antea ostẽsum est, vbi de fide & spe egimus. Vt autẽ omnia officia Christiani hominis sine charitate tepent, vt luti ostensum est à nobis, cùm de charitate scripsimus: ita et oratio friget maximè, nisi charitate Dei, et proximi subleuetur. Et vt maximè peccator precaturus has virtutes perfectas nõ habeat, in primis tamen gradibus earum consistere potest, alioqui orare non posset, nisi forte is peccator sit qui se peccatorẽ non sentiat, & qui excusationes in peccatis quærat, vel qui lætatur cùm malè fecerit, aut qui in corde suo dixerit Deum non esse. Is enim ab oratione alienus erit. Et quamuis has virtutes in oratione petamus, non tamen absurdè has ante orationem requirimus, non quidem perfectas sed seminaria illarũ. Quemadmodũ & Apostoli Christum rogarunt, dicentes: *Domine, adauge nobis fidem.* Sunt autem duo opera quę orationi cõmodè iungũtur, et ad orandũ homines expeditiores faciũt, si tamẽ in fide & charitate fiant, ieiunium & eleëmosyna. *Bona est* (inquit Tobias) *oratio cum ieiunio & eleëmosyna, magis quã thesauros auri recondere.* Nec Christus tem-

Charitas.

313.13.

Proscatalipsis.

Luc.17.

Ieiunium.

Eleëmosyna.

Tobias 12.

temerè hæc tria, ieiuniũ, eleëmosynam, & orationem apud Mattheum cõiunxit, & Esaias quinquagesimo octauo. Cùm enim oratio est ascensus mentis ad Deum, crapula autem & ebrietate corda grauantur, fit vt non possint homines ventri dediti in Deum respicere, seu in oratione vigilare. Deinde si quis habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatẽ habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Et qua tandem fronte is viscera misericordiæ Dei implorabit, qui viscera fratri clauserit? Eleëmosynam & ieiunium duas alas orationis esse dicit Augustinus, quibus ad Deum volat. Salutaria autem petenda sunt à Deo, vt in definitione orationis dictum est. Nam nisi salutaria fuerint quæ petuntur, ea petentes non consequuntur, docente Iacobo: *Petitis, & nõ accipitis, eò quòd male petatis, vt in concupiscentijs vestris insumatis.* Quòd si quando accipiũtur ea, quæ concupiscentiæ respondeant, id cum periculo & detrimento petentium fit. Quemadmodum Iudæis concupiscentia carnis inardescentibus, dedit Deus petitionem ipsorum, & misit saturitatem in animas ipsorum, sed expleta concupiscentia, impatientia est

Matth. 6.

Luc. 21.

1. Ioan. 3.

387. 10.

In Psal. 82

Salutaria petenda.

Iacob. 4.

August. ad Probam.

Nume. 11.

Psal. 77.

grauiter castigata, quoniam adhuc ef-
cæ erant in ore ipsorum, & ira Dei a-
cendit super eos. Atq; eam ob causam
fit, vt licet illa bona esse videntur quæ
petuntur, Deus tamen non exaudit,
quòd magis nostra referat, vt non exau
diamur. Sicut Paulo accidit. Quume-
nim ter rogasset Dominum, vt auferre-
tur ab eo spiritus Sathanę, qui illum co
laphizabat, audiuit responsum: *Sufficit
tibi gratia mea: Nam virtus in infirmita-
te perficitur.* Quòd igitur nonnullis im-
patientibus Dominus petitum conces-
sit iratus, Apostolo cõtra negauit pro-
pitius. Plærunque autem Deus differt
precaturis, vt congruo tempore det, id
quod ante ostensum est, vbi de spe egi-
mus. Quamuis autẽ oratio dicitur pre-
Oratio pro gratiarum actione. catio, qua à Deo bona postulantur, ta-
men oratio esse dicitur & gratiarum a-
ctio, veluti Anna orare dicitur, pro gra-
375.1. tias agere, primi Regum capite primo.
Quin & orare dicitur, qui benefacit. Iu-
Eccle.35. xta illud Sapientis Hebræi: *Deprecatio
pro peccatis, recedere ab iniustitia. Qui con-
August.in Psal.37. seruat legem, multiplicat orationem.* Sed
& desiderium ante Deum (ait Augu-
stinus) oratio est, etsi continuum desi-
derium, continua oratio est. In quam
1.Thess.5. sententiam videtur dixisse Paulus: *Sine
intermissione orantes.*

Cùm

Cùm autem multæ sint orationes, vna tamen est, quæ dominica dicitur, quòd eam Christus Iesus Dominus nó ster docuerit, qua quidem species orationis comprehendũtur, quibus Deum interpellamus, aut pro appetendis bonis, aut pro vitandis malis, aut pro delendis commissis. Et licet alijs verbis eadem, quæ in ea continentur petere liceat, non tamen alia. Atque ob id cæteris iuræ preferenda est. Constat dominica oratio procemio, & septem petitionibus.

Oratio dominica cur dicta.

August.

Diuisio orationis dominicæ.

PROOEMIVM EST.

Pater noster qui es in cœlis.

In quo charitatis Dei in nos, nostrq́ue in illum, & in proximos admonemur. Dei quidem charitatis in nos admonemur, cùm patrem appellamus. *Nũquid enim* (ait Dominus apud Esaiã) *obliuisci potest mulier infantis sui, vt non misereatur filio suo?* Ita & Deus, cũ pater noster sit, quomodo suos vnicè non amat, fouet, cõplectitur? imò infinitis partibus plus. Est enim pater misericordiarũ, et Deꝰ totiꝰ cõsolationis. Ac proinde apud Prophetã eũdẽ subijcit: *Etiã si mulier fuerit oblita pueri sui, ego tũ tui non*

Esaiæ. 49.

2. Cor. 1.

non obliuiscar. Noſtra verò charitas à Deum excitatur ſupplexque affectu cùm filios Dei, qui ſumus homines, nos eſſe profitemur, patrem Deum appellantes. Quid enim filijs charius patre eſſe debet? Et certè magna cura eius tigit animum, qui dicit: *Pater noſter:* Ne tanto patre non ſit indignus, ne illud audiat, quod Iudæis dictum eſt: *Filios exaltaui, & enutriui, ipſi autem ſpreuerunt me.* Et illud: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis facere.* Eò verò quòd pater noſter à nobis dicitur, charitas proximi omniũ bonorũ mater introducitur, & humanarum rerum inæqualitas prorſus expellitur, & mira Regis cũ paupere æqualitas honoris, quantùm ad ſpiritualia oſtenditur. Cunctis enim vnam atq; eandem nobilitatem donauit Deus, cùm omnium pater vocari dignatus eſt. Cùm igitur pater noſter dicis, admoneris eo, vt pro communi corpore preces fundas, & vbiq; non tam propria cõmoda, quàm proximorum petas, omnesque quaſi fratres vnius patris habeas. De qua re Propheta Malachias ita loquitur: *Nunquid non pater eſt vnus omnium noſtrũ? Nũquid nõ Deus vnus creauit nos? quare ergo vnuſquiſq; deſpicit fratrem ſuum?* Quòd autem pater noſter in cœlis eſſe dici-

Eſaiæ.11.

Ioan.20.

Chryſoſt.in Matth.

Malach.2.

Chryſoſt.in Matth.

dicitur, non eo dicto ibi concluditur. Cœlũ enim (vt ipse apud Hieremiam ait) & terram implet, de qua re ante plenius à nobis dictum est, sed eo animus orantium à terris abducitur, & supernis habitaculis, ac regionibus excelsis affigitur. Patria igitur eo dicto ostenditur, ac domus paterna, in qua Deus se contemplandũ suis, nõ sine summa võluptate, præbet. Patrẽ igitur Deum si habere velis, terrenis ne inhæreas. Præterea eius potentiã expende, qui in talibus sedibus se inspicere concedit. Præter hanc autem charitatis in mente orantis, procœmio orationis dominicæ excitationem inijcitur fides, spesq; impetrandi. Quid enim iam non det filijs petentibus pater, qui iã hoc ipsum dedit, vt essent filij? *Quis ex vobis* (ait Christus) *patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos, cùm sitis mali, nostis bona dare filijs vestris, quantò magis pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se.* Iam quis diffidat, & desperet se obtenturum petita, qui Deũ patrem habeat, vtpote omnipotentẽ, veracem, & cunctorum bonorum datorem, ac proinde dictum est: *Nolite vocare vobis patrem*

Ierem.23.

Aug. serm. 182. de tẽp.

Luc.11.

Matth.23.

trem super terram, vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Est autem Deus pater noster in summa, partim per creationem & curã, dicente Propheta: Malach. 2. *Nunquid non pater vnus omniũ nostrũ? Nunquid non vnus Deus creauit nos?* Partim propter gratiæ adoptionem, & Christianismũ, de quo Ioannes: Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, iis qui credunt in nomine eius.* Sed hactenus de proœmio orationis dominicæ dictũ est, nunc petitiones explanandæ sunt. Septem petitionũ orationis dominicæ, primę tres pertinent ad æternitatẽ, atq; ob id primo loco ponuntur, quòd scilicet sint æterna priora dignitate: reliquæ verò quatuor ad præsentis vitæ necessitatẽ siquidem hæc post hanc vitam cessabunt, illa verò mansura sunt.

Augusti. Diuisio petitionũ orationis dominicæ.

Prima petitio.

PRIMA PETITIO.

Sanctificetur nomen tuum.

Hac petitione precamur, vt Dei veri nomen (quod sanctum semper fuit, & est adeò vt nulla illi sanctitas nouæ aut maior accidere poterit) cognoscatur, celebretur, laudetur, legitimeq; ab omnibus hominibus adoretur. In qua Psal. 66. sententiam est illud Psalmographi: *Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi po-*

bi populi omnes. Item illud Christi: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificēt patrem vestrum, qui in cœlis est.* Sicut enim blasphematur nomen Dei per malorum vitam, iuxta illud Pauli: *Nomē Dei per vos blasphematur inter gentes.* Ita contra propter bonos glorificatur, hoc est, vt sanctum celebratur: quod quidē non Deo, sed hominibus prodest. Cùm autem omnia hac ratione cōdita sunt, vt agnoscatur & glorificetur Deus, iure hæc petitio prima posita est.

Marc. 5.

398 4.

Roma. 2.

Ratio ordinis.

SECVNDA PETITIO EST.

Adueniat regnum tuum.

Precamur hac petitione, vt regnum Dei nobis etiam veniat, nam illud siue petāmus siue non, sanctis veniet. Petimus igitur, vt nos quoq; regni Dei simus participes. Regnū Dei duplex est: Vniuersale, & Particulare. Vniuersale est, quatenus illius potētiæ oīa in cœlo et in terra, et in omnib⁹ abyssis subiecta sunt. De quo Psalmograph⁹: *Regnū tuū, regnum omniū seculorum: & dominatio tua, in omni generatione et generationem.* Hoc igitur non petimus vt veniat, solùm

Augustin. ad Probam et sermo. 136. de temp.

Regnū Dei quotuplex.

Psal. 144.

Psal. 144.

lùm in prima petitione petimus, vt is. notescat. Particulare regnum Dei est duplex, gratiæ, & gloriæ. Primum non est aliud, nisi liberatio spiritalis cordis à peccato, ac gubernatio animorum & conscientiarum nostrarum, de hoc est illud Christi apud Lucam: *Regnum Dei intra vos est.* Et in Apocalypsi: *Fecisti nos regnum Deo nostro.* Diuiditur autem regnum gratiæ bifariã, in priuatum, & publicum. Illud obtinet Christus, in quoslibet quos per fidem regenerauit, & iustificauit, de quo est illud Pauli: *Regnum Dei est gaudium, iustitia, & pax in spiritu sancto.* Publicum verò regnũ gratiæ, est Ecclesia militans, de quo Christus: *Mittet Angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala.* Regnum verò gloriæ, est sedes cœlestis, de quo Christus: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.* Item: *Qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, hic intrabit in regnum cœlorum.* Petimus igitur hac petitione, vt regnum cœleste adueniat nobis. Etsi non desint, qui hac petitione etiam regnum gratiæ à Deo postulari dicãt, vt scilicet Deus, quos semel ad sui agnitionem venire, & à Sathanæ tyrannide liberos esse voluit, regere etiam ac gubernare dignetur, vt in sanctitate & iusti-

Luc. 17.
Apoc. 5.
Roma. 14.
Matth. 13.
Marc. 15.
Hieron. super Matth.

iustitia illa seruientes cunctis diebus suis, in regnum tandem gloriæ perueniant. Cùm autem hac ratione homines gignantur, vt Deum agnoscant, agnitum ament & legitimè colant, posteaque cœlestem patriam consequantur, rectè hæc petitio secunda ponitur. *Ratio ordinis.*

TERTIA PETITIO EST.

Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra.

Qua precamur nobis obedientiam à Deo, vt sic fiat in nobis voluntas eius, quemadmodum fit in cœlis ab angelis. Sensus igitur precationis est: Sicut Angeli faciunt voluntatem tuam, ita & nobis eam da facere. *Nã sine Deo nihil facere possum⁹. Qui* (vt Paul⁹ ait) *operatur in nobis velle & perficere pro bona volũtate.* Sed ea de re latius, vbi egimus de libero arbitrio, & de causis efficientibus fidei, & prædestinatione. Petimus autẽ in hac petitione etiã in aduersis voluntatem nostrã voluntati diuinę conformari. Quod & Christus patrẽ orãs fecit, dicẽs: *Pater si possibile est, transeat à me calix iste, veruntamẽ non sicut ego volo, sed sicut tu.* Secunda petitione petitur aduen- *Augusti. ad Probam. Theoph. super Matth. Ioan. 15. Philip. 2. Matth. 26. Ratio ordinis.*

aduentus cœli, vtpote in quibus summa & æterna beatitudo futura sit, tamen & antequam superna illa præstetur habitatio, cœlestia nobis sentienda sunt & agenda, vt illuc perueniamus,

Philip. 3. iuxta illud Pauli: *Nostra conuersatio in cœlis est, vnde etiam expectamus Saluatorem Dominum nostrum Iesum Christum.*

Chry. Homilia. 20. in Matth. Proinde hæc petitio non ineptè tertio loco ponitur. Atq; hactenus de tribus petitionibus, quæ ad æternitatem pertinent.

Quarta petitio.

QVARTA PETITIO EST.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Hac petitione petuntur temporalia, ad vitam præsentem degendam necessaria, vt est victus, amictus, & cætera id genus. Quæ quidē non labori & solicitudini magis tribuēda esse, quàm benedictioni Dei, atq; ob id cū gratiarū actione percipiēda esse, hæc precatio docet, qua vel ob id agnoscēdum vtimur. In vita autem præsenti necessaria hæc esse, nemo est qui nō videat. Hinc illud

Eccle. 29. Sapiētis Hebræi: *Initiū vitæ hominis pānis & aqua & vestimentū, et domus pro-*

tegens turpitudinẽ. Ea aũt à Deo dari teſtatur Scriptura. *Oculi omnium* (inquit Pſalmographus) *in te ſperant Domine, et tu das illis eſcã in tẽpore oportuno.* Item: *Qui operit cælũ nubibus, et parat terræ pluuiã. Qui producit in mõtibus fœnũ, & herbã ſeruituti hominũ. Qui dat iumentis eſcã ipſorũ, & pullis coruorũ, inuocantibus eum.* Et alibi: *Omnia à te expectãt vt des illis eſcam in tẽpore. Dãte te illis, colligẽt: aperiẽte te manũ tuam, omnia implebũtur bonitate.* Quòd verò dicitur in petitione: *Pa nẽ noſtrũ quotidianũ*, eo adimitur ſtudiũ ſumptus et deliciarũ. *Nã* (vt Paulus admonet) *carnis curæ non faciẽda in deſideriis.* In hunc modũ & Salomonẽ poſtulaſſe legimus: *Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus illiciar ad negandum, & dicã, Quis eſt dominus? aut egeſtate cõpulſus furer et periurem nomen Domini.* Hinc & illud Pauli: *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quòd nec auferre quid poſſumus. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Atque ob id hac precatione petimus panem ἐπιούσιον, hoc eſt, qui ſubſtantiæ, & conſtitutioni nõſtræ ſufficit, quæ ſanè non multis eget, iuxta illud Christi: *Videte & cauete ab auaritia, quia non in abundantia cuiuſ-*

Pſal.144.
Pſal.146.
Pſal.103.
Rom.13.
Prouer.30.
1.Tim.5.
Theoph.
Lucæ.12.

cuiusquam vita eius est ex ijs quæ possidet. Ἐπιούσιον vocabulũ positum in hac petitione (quod compositum est ab ἐπὶ præpositione, id est, supra, & οὐσία, id est, essentia seu substantia) verterunt quidam supersubstãtialem, alij quotidianum, quo vocabulo doceri aliqui aiunt, ne vno die cibũ singuli consumamus, qui pluribus diebus sufficere possit, alioqui quotidianus non erit. Porro nostrum, additum aiunt propter duas rationes. Prima, quòd Deus det nõ nobis solùm, sed etiam alijs per nos vt impotentibus impartiamur. Altera, vt iustis rationibus, non vi, non fraude, necessaria vitæ conquiramus. Nam ea ratione nõ nostra erunt, sed aliena. Porro particula hodie in precatione adiecta, tollit solicitudinẽ de crastino. Ac proinde Christus ibidem subdit: *Ne sitis in crastinum soliciti, nã dies crastinus curam habebit sui ipsius, sufficit sua diei afflictio.* hoc est, satis malorum affert ipsum tempus, vt non affligamus nosmetipsos solicitudine futurorum. Videtur autẽ hic nõ vetari præparatio necessariũ in futurũ, verùm solicitudo. Nam et Christus ipse legitur habuisse Iudam procuratorem loculos habentem, in quibus pecunia, pro coëmendis necessarijs, conseruabatur. Quemadmodum

Hom. 15. in Matth.

sol-

solicitudinem tollit, non laborem, vt putarunt Masseliani, cùm diceret: *Ne sitis soliciti animæ vestræ, quid esuri sitis, aut bibituri: neq; corpori vestro, quibus induamini.* Nã Protoplasto dictum est à Deo: *In sudore vultus tui vesceris pane, donec reuertaris in terrã.* Et Paulus precipit: *Vt laboremus, operando manibus suis quod bonũ est, vt habeamus vnde tribuamus necessitatẽ patienti.* Aliud aũt est solicitudo, aliud operatio: fieri enim potest, vt solicitus non sit, qui operatur. *Quòd si nemo solicitus* (vt Christ⁹ ait) *potest addere ad staturam suã cubitũ vnũ:* certè frustra nos solicitudine rerũ cruciamur, cùm ne id quidẽ quod minimum est, facere possumus. Laborandũ ergo est: solicitudo tamen in Deũ proijcienda, docẽte Petro: *Omnẽ solicitudinẽ proijcientes in Deum, quoniam ipsi est cura de vobis.* Porro labor ita cũ fructu futurus est, si primùm regnum Dei quæsierimus & iustitiam eius, hortante Christo: *Quærite primùm regnũ Dei, & omnia adijcientur vobis.* Non desunt qui panis supersubstantialis nomine in hac precatione, intelligunt corpus Christi, præterea verbum Dei: quæ vtraque panis nomine in sacris literis appellantur.

Gene. 3.

Ephe. 4.

Matth. 6.

1. Pet. 5.

Aug. serm. 182. de tẽp.

Hier. in Matthæum

371.11. Quinta petitio.

QVINTA PETITIO est.

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Omnes sumus peccatores. 3. Reg. 8. 1. Ioan. 1.

Non est homo qui non peccet, ait Salomon, cuius sententiæ & Ioannis subscripsit: *Si dixerimus, quoniã peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est*, Concupiscentia enim à culpa genitali profecta ad malum solicitans, in natura humana radices egit altius, quã vt planè in vita hac euelli possit. Qua fit, vt nemo dicere possit, mundum est cor meũ, purus sum à peccato. Peccata aũt nemo dimittere potest, nisi solus Deus. De qua re apud Esaiam ad eum modum loquitur. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates vestras.* Hac igitur petitione oramus nobis dimitti à Deo peccata nostra, quæ hic debita vocantur (vt apertissimè colligitur ex eadem petitione à Luca scripta) quòd scilicet ita pœnæ luendæ obnoxius sit peccator, sicut debitor solutioni eius quòd debet. Quid autem sit peccatum, & quotuplex ante ostensum est, vbi de peccato egimus.

Concupiscentia. 67.31. *Prouer. 20.* *Marc. 2.* *Esaiæ. 43.* *Peccata cur debita vocentur.* 387.4.

Quòd

Quòd verò adiectum est in petitione hac: Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, ostēditur ita nos à Deo gratiam remissionis consequuturos, si ex corde debita in nos commissa proximo dimittamus. Id quod Christus apertè docet. *Si non dimiseritis* (inquit) *hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra.* Quod & parabola memorabili declarauit de seruo, cui licet Dominus dimisisset totum debitum, ille tamen noluit misereri conserui sui pauca sibi debenti, qui propterea iussus est tradi tortoribus, quoadusq; redderet vniuersum debitum. Diligendi ergo sunt Christianis inimici, vt Christus admonet: benefaciendum ijs, qui illos oderunt, orandum pro persequentibus. *Ita enim*, dicente eodem, *erunt filij patris, qui in cœlis est, qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim* (vt subdit) *diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habetis? nōne et Publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facietis? nonne & Ethnici hæc faciunt? Estote ergo & vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.* Cæterùm hic locus orationis dominicę, et similes in Euāgelio vindictā prohibentes, intelligendi sunt de priuata vin-

Quomodo à Deo remissionem peccatorum cōsequimur 294.3.

Matth.6.

Matth.18.

Inimici diligendi. 368.6.

Matth.5.

Proscatalipsis. 361.13.

vindicta, non de publica, quam exercet magistratus, quem & Paulus ministerium Dei appellat, neque sine causa gladium gestare dicit: *Dei enim minister est* (inquit) *vindex in iram ei qui malum agit.* Auxiliū igitur magistratus ad propellendam vim priuatā qui implorant, non peccant.

Rom.13.

Sexta petitio.

Et ne nos inducas in tentationem.

Deus nō inducit in tẽtationem.

Petimus hac petitione, ne patiatur nos Deus tentari, & à tentatione superari. Non autem per seipsum inducit Deus in tentationē, sed induci permittit, quem suo auxilio deserit ordine occultissimo, ac meritis (vt Augustin. inquit) causis etiam sæpe manifestis dignum iudicat ille quem deserat, & in tentationem induci sinat. Ea de re verbosius, vbi de prædestinatione egimus.

Augustin. lib. de serm. Domini in monte.

Tentatio duplex.

Est autem tentatio duplex, seductionis, & probationis. De prima est illud Iacobi: Nemo cùm tentatur dicat, quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est, ipse enim neminem tentat. Vnusquisque verò tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde cōcupiscentia cùm conceperit, parit peccatum, peccatum verò

Aug. lib. 2. de consen. Euang.

352.31.

verò cùm consummatum fuerit, generat mortem. De secunda est illud: *Tentat vos Dominus Deus vester, vt sciat, si diligatis eum. Beatus vir* (inquit Iacobus) *qui suffert tentationem, quoniã quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.* Cur autẽ tentationes Deus permittat, paulò anteostensum est. 182.14. *Deuter.13. Iacob.1.*

Sed libera nos à malo.

Septima petitio.

Duobus modis appellare solemus malum, vno, cùm malè quenquam fecisse dicimus, quod malum culpæ dicitur: alio, cum mali aliquid esse perpessum, id malum pœnæ appellatur. De eo illud est intelligendũ. *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit?* Precamur igitur hac petitione potissimũ, vt nos Deus à malo pœnæ præsentis & futuræ liberet.

Malum duplex. Au. de libero arbi. l. 1. Amos 3.

Amen.

Amen.

Particula in fine precationis posita, est ratum fore precantis. Atque hactenus de interpretatione orationis dominicæ dictum sit, in qua præmisso principio, petimus primò honorem Dei, & gloriam apud omnes fieri. Deinde in tribus petitionibus sequentibus postu-

Epilogus orationis dominicæ.

lamus conferri nobis bona triplicia. Maxima quidem, quę sunt cœlestia bona. Media autem, quæ sunt spiritalia bona: vt sunt virtutes, & executio mãdatorum Dei. Minima verò, quæ sunt temporalia bona, ad corporis sustentationem necessaria. Postremò petimus auferri à nobis triplicia mala. Maxima quidẽ, quæ sunt peccata à Deo nos separantia. Media autem, quæ sunt tentationes, ad peccatum allicientes. Minima verò, incommoda corporis & animæ. Corporis quidem, vt ægrotatio, iactura bonorum temporalium. Animæ autem, vt tristitia, & cætera id genus. Sed ad contextum Scopi Biblici reuertamur.

Spiritum suum sanctum, &c.

De Spiritu sancto egimus in annotationibus de Deo. Dona autem Spiritus sancti (vt de illis pauca dicamus) numerantur: Sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, timor Domini. De his ita Esaias: *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.*

25.18. *Esaiæ.11.*

Dona Spiritus sancti.

Hemi-

Hominem peccati.

Periphrasis est Antichristi, ex capite secundo Epistolæ secundæ Pauli ad Thessalonicenses accepta, quẽ ita Paulus depingit: *Ne quis vos seducat vllo modo, quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Quibus verbis indicat Paulus, non venturum Dominum ad iudicium, nisi prius Antichristus venerit, quem (vt Chrysostomus ait) appellat ἀποστάσιαν, hoc est, defectionem seu discessionem, tanquam plurimos perditurum & abducturum. Quamuis aliqui intelligant hoc loco defectionem eã, quæ fit à Romano imperio, non quòd statim venturus sit post eam, sed quòd non ante. Vel defectionem ab vniuersali Ecclesia & fide catholica. Hominem autem peccati vocat Antichristum, quod innumera mala perpetrabit, & instituet alios quoque vt perpetrent. Porro filium perditionis vocat, quòd et ipse perdetur. Indicat autem Paulus, quòd non tantùm veri Dei cultũ, sed & omnem alterius præterquã sui idololatriã sublatur⁹ sit. De potẽtia Antichristi Danielis septimo capit. inter cætera scribitur.

Antichristus.

Chrys. Homil. 3. in 2. Epi. Thes.

Homo peccati Antichrist⁹ cur. 75. 2.

Aſpiciebã, & ecce cornu illud faciebat bellum aduerſus Sanctos, & prævalebat eis, donec venit antiquus dierũ, & iudiciũ dedit Sanctis excelſi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt Sancti, & cætera. De hac potentia & incremento Antichriſti, & Paulus ita ſcriptum reliquit: *Cuius aduentus ſecundum operationem Sathanæ in omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt.* Additque cauſam aduentus Antichriſti. dicens: *Eò quod charitatẽ veritatis non receperunt, vt ſalui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes qui non crediderũt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati.* Hunc aduentũ Antichriſti, eiusq; deceptionẽ notat Chriſtus (vt refert Chryſoſtomus & Auguſt.) verbis illis apud Ioannẽ: *Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me, ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis.* Porro diẽ iudicij anteuertet & Elias propheta, quem ſacra ſcriptura curru igneo de rebus humanis raptũ teſtatur, qui quidẽ Iudæos cõuerſurus eſt ad Chriſtum, iuxta vaticiniũ Malachiæ: *Ecce ego mittam vobis Eliã Prophetã, antequã veniat Dies Domini magnꝰ & horribilis, & cõuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum:* Hoc eſt, effi-

2. *Theſſ.* 2.

1. *Theſſ.* 2.

Homil. 40 *in Ioan.*

Ioan. 5.

4. *Reg.* 2.

Eliæ aduẽtus.

Malach. 4.

efficiet vt sic intelligant legem filij, id est, Iudæi, quemadmodum patres eam intellexerunt, id est, Prophetiæ. De hoc aduentu Eliæ Christus apud Matthæũ ex sententia Scribarum discipulis interrogantibus de Eliæ aduentu, ait: *Elias quidẽ venturus est, & restituet omnia.* *Aug. lib. de ciuit. Dei.* *Matth. 17.*

Mortui resurgent, &c.

Resurrectio mortuorũ.

Articulus hic sublimior est, quàm vt humana ratione attingi possit, cui alienum à vero videtur, vt corpora quę vel bestia vel ignis absumpsit, vel in puluerem collapsa, & in humorẽ soluta, eadẽ resuscitentur. Vnde Paulus cùm Athenis (vbi omnis humanæ sapientiæ arx erat) resurrectionẽ mortuorũ prędicasset, spermologus appellatus, & à seculi sapientibus irrisus. In hoc igitur arduo fidei nostræ articulo captiuãdus intellectus, scripturæq; diuinæ assentiendũ, quæ hoc futurũ prædixit. *In tempore illo* (ait Daniel) *saluabitur populus tuus, omnis, qui scriptus fuerit in libro vitæ, & multi de his qui dormiũt in puluere terræ euigilabunt, alij in vitam æternam, alij in opprobrium. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam eruditi plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Particula autem

Actu. 17.

Daniel. 12.

Aug.c.23. li.20. Ciuitat. Dei. multi apud Prophetam posita, notat omnes. Ponit enim scriptura aliquãdo pro omnibus multos, id quod Augustinus probat. Et Iob: *Scio quod redemptor meus viuit, et in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ saluatorem meũ, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita hæc spes in sinu meo.* Et Paulus: *Si in hac vita tantum, in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit primitiæ dormiẽtium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominẽ resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriũtur, ita et in* CHRISTO *omnes viuificabuntur.* Id quod futurum indicarunt etiam illi, qui tempore passionis Christi surrexerãt. *Multa* (inquit Matthæus) *corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, et apparuerunt multis.* Quod si noua corpora Deus creare potest, cui dubium quin & hæc corpora ad immortalitatem restituere possit? Qualia autẽ corpora post resurrectionem futura sunt, docet Paulus. Sed dicet aliquis, quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore veniẽt?

Matth.27.

Aug.li.22. de Ciuitat. Dei.ca.20.

Corpora qualia post resurrectionem.

395.24.

Insi-

Insipiens tu, quod seminas, non vivificatur nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, vtputa tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem illi dat corpus sicut vult, & vnicuique seminum proprium corpus. Et paulò post: *Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum: Stella enim à stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* Quibus verbis Paulus, propter eos qui de corporis resurrectione dubitabant, videntes ea in terra putrefieri, exemplo grani docet, non prius resurrecturum corpus ad immortalitatis fructum, nisi prius in terra mortuum fuerit: sicut ad frugem granum euadere nequit, non ante mortuum. Deinde exemplo corporum cœlestium, quorum alia clariora sunt alijs, docet in resurrectione iustorum, futura illorum pro diuersis meritis diuersa præmia. Quæ autem dotes corporum post resurrectionem erunt, docet ibidem: *Seminatur* (inquit) *in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.* Quibus verbis Paulus enumerat quatuor dotes corporum post resurrectionem futuras,

Explanatio verborum Pauli.

353.14.

Dotes corporũ post resurrectionẽ quæ erunt.

incorruptiõnem, gloriam, hoc est, pulchritudinem: virtutem, hoc est, potestatem, vt vbi volet spiritus, ibi & corpus protinus erit. Postremò, ex animali, hoc est mortali, quòd scilicet iræ, tristitiæ, esuriei, siti, & cæteris animæ corporisque affectionibus est obnoxium, erit corpus spirituale, id est, immortale & nullis iam huiusmodi terrenis affectionibus subditum, de qua re & Christus ad eum modũ loquitur: *In resurrectione neque nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in cœlo.* Et alibi: *Iusti fulgebũt sicut Sol in regno patris eorũ.* Quãuis autem omnium corpora immortalitatis induta gratiam resurgent, non omnes tamen immutabuntur, sed inhonorati permanebunt impij, soli verò immutabuntur iusti. Id quòd Paulus innuit, cùm dicit: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba* (canet enim tuba) *& mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem. Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tũc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria, vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?*

Photius.

Matth.22.

Matth.13.

Cyrillus.

1.Cor.15.

Oseæ.13.

Sede-

Sedebit in maiestate sua iudicaturus, &c.

Iudicium vniuersale 392.30.

Cùm indiscreta omnia ferè in hac vita cernantur, consentaneũ est iudicium quandoque bonorum & malorum futurum, ac cuique pro meritis tribuendum ex diuina iustitia. Quod & conscientia humana indicat, cuius vis ea est, vt non timeant qui nihil cõmiserunt, & pœnam semper ante oculos versari putent qui peccarint. Hinc factum est vt & gentiles cogitationibus proprijs instincti, nostraq; longius odorati, futuri iudicij vmbrã quandã atq; imaginẽ expresserunt: inde Elysius campus, inde beatorũ insulæ, inde Tartari mentio. Eius iudicij euidentissima in literis sacris extant vaticinia. Inter cætera est illud Ecclesiastis: *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudiciũ, pro omni abscondito siue bonũ siue malũ sit.* Et Esaiæ: *Dies Domini exercituum super omnẽ superbum & excelsum.* Et alibi: *Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius reddere in indignatione furorẽ suũ, & increpationẽ suã in flãma ignis:* quia in igne Dñs dijudicabit, &c. Et Malachiæ: *Ecce dies veniet succẽsa quasi caminus, & erũt oẽs superbi, et oẽs faciẽtes impietatẽ, stipula.* Hunc diem ibidẽ vocat Malachias

Sententia gentilium de iudicio extremo. Chry. lib. 2. contra vitup. mon. vitæ. Eccle. 12. Esai. 2. Esa. 66. Malach. 4.

2. Cor. 5. 183 10. 405. 2. magnum & horribilem. Pauli item: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, sive bonũ sive malum.*

Matth. 12. Christi item apud Matthæum: *Dico autẽ vobis, quoniã omne verbũ otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij.* Scire autẽ velle tempus aduentus Domini, nihil aliud videtur, quàm scire velle q̃ ipse Dominus ait scire neminem posse, dicit etenim: *De die autem illo & hora nemo scit, ne angeli quidẽ in cœlo, nisi solus pater. Sicut autẽ in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis.* Sicut enim erant in diebus ante diluuiũ comedentes et bibentes, nubẽtes, vsq; ad eum diem quo intrauit Noë in arcã, & non cognouerunt donec veniret diluuiũ, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Voluit autẽ Deus hunc diẽ aduentus sui esse ignotũ quoad & finẽ vitæ nostræ, ad excitandũ nos, quò semper in officio simus: & in ea in qua vocati sumus vocatione parati inueniamur. Nam si constaret, quo tempore mors obeunda esset, plurimi inueniretur qui bacchanalia viuẽtes, rationem bene viuẽdi in longũ tempus differrẽt. Appetẽte autẽ morte mœrore et terrore, permoti & concussi ad obeunda munia hominis inepti redderentur.

Tẽpus iudicij vniuersalis nulli creaturæ cognitum. Matth. 24

Cur Deus diem iudicij extremi ignotũ voluit, et tempus mortis

Viuo-

Viuorum autem nomine quos Dominus iudicaturus est intelligendi qui in aduentu Christi supererunt subitò morituri & reuicturi. Quãuis non desunt aliqui qui sentiant eos, anima manente in corpore, immutãdos ad incorruptionẽ & immortalitatem, hocq; eis reputari pro resurrectione. Mortuorũ verò hi qui ab Adam vsq; in eum diem defuncti sunt, reuicturi tamen subitò. De qua re ita Paulus: *Nos qui viuimus, qui residui sumus*, in persona loquitur eorũ qui tunc viuẽt, *in aduentũ Domini, non præueniemus eos qui dormierũt*, trãslatione scilicet ad gloriã, quoniã & qui antea mortui sunt & si qui tũc viui reperiẽtur, vna obuiã Christo prodibunt glorificãdi, *quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archãgeli, et in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt*, hoc est, qui olim in Christo mortui sunt, *resurgent primi*, non tempore, sed merito & dignitate respectu dãnatorum, vt aliqui interpretantur. *Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiã Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus.* Sicut autem fulgur non indiget precone aut nuncio, sed in momento tempo rũ omnibus apparet, sic aduẽtus ille vbiq; splendere statim incipiet. Id notat Chri-

Viui quos Dominus iudicabit qui intelligendi.

Aug. de fide & symb.

August. de dog. eccle.

1. Thess. 4.

Chrysost. in Matth.

Matth.24. Christus apud Matthæum: *Sicut fulgur exit ab Oriente & apparet vsque in Occidente, ita erit & aduentus filij hominis.*

Sancti quo modo mundum iudicabunt.

Quòd autẽ Paulus ait sanctos iudicaturos de mundo; hoc iudicium intelligendũ per vitam contrariam.

Luc.21. Iudicij extremi diem signa præcedentia describit Christus apud Lucã: *Erũt*, inquit, *signa in sole & luna et stellis*, &c.

Matth.24. Signa hæc explicat Matthæus Euangelista: *Sol obscurabitur, & luna nõ dabit lumen suum, & stellæ cadẽt de cœlo.* Et subdit: *Apparebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute & gloria multa.*

Crux. Crucem appellat signum tanquam tropheum & insigne regum, quod apparebit ad arguendos incredulos testimonij causa, veluti si quis lapide percussus ostendat lapidẽ. In iudicio eo qui beati ex operibus misericordiæ cognoscentur, vocabuntur ad promissam hæreditatem. Contra immisericordes & improbi in ignem æternum mittentur, vt Matthæus scribit.

Matth.25.

Tunc finis erit, regnumq; Deo patri tradet.

Est imitatio verborum Pauli ex capite quindecimo primæ epistolę ad Co-

rin-

rinthios: Finis autē erit generationis. Nam, vt Petrus ait: *terra & quæ in ipsa sunt opera exurentur, quin & cœli magno impetu transibunt, elementa verò magno calore soluentur.* Ne autē putaret quispiam interituram eorū substantiā, sed in melius immutandā, subdit Petrus: *Nouos verò cœlos & nouā terram & promissa eius expectamus.* Cui & illud Ioannis in Apocalypsi simile est: *Vidi*, inquit, *cœlum nouum & terram nouā.* Primum enim cœlū & prima terra abijt. *Tradet autem regnum Deo patri Christus*, id est, Ecclesiā fidelium & congregationē electorū, non quòd in eo non regnet Deus, dicente Christo: *Regnum Dei intra vos est*: sed quod non nihil adhuc in ea dominetur peccatū & diabolus. Cyrillus enim & Photius Græci interpretantur, tradere regnū Deo patri, pro eo quod est electorū Ecclesiam ab omni perturbatione & afflictione liberā, & à dæmonū insidijs & insultibus tutam patri tradere, quod indicant sequentia verba Pauli: *Cùm euacuauerit*, id est, abo leuerit et enernauerit *omnē principatum*, id est, dęmonū potestatē & tyrānidem quam exercent aduersus fideles. Neq; autem cum patri regnū tradet Ecclesiæ, ab sese abdicat: sicut cùm à patre accepit, non illi abstulit.

2. Pet. 3. Mundus qualis futurus post iudicium vniuersale.

Apoc. 21.

Christus quomodo intelligendus tradere regnū Deo patri.

Præ-

Paræneſis ad LECTOREM.

Oſtẽdit hic modum viuendi.

AD finem igitur cui deſtinatus eſt homo, vnuſquiſque velis & equis, quod aiunt, contendat: tũ illa, quæ huic fini conſequẽdo conferunt, obuijs manibus, vt dicitur, cõplectatur. Contra quæ obſtaculo ſunt, cane peius & angue vitet, etiã ſi plurimi habeãtur. Hæc enim vna ratione fœlicitatem veram quam nemo non expetit, ſummumque bonum eſſe ducit, cõſequetur. Quòd ſi in hac lachrymarum valle, nihil præſente vita charius ducimus, quæ tamen vix vita dicenda eſt, vtpote tot ærũnis, tot caſibus obnoxia, quomodo non multò magis veræ æternæq; vitæ amor vnũquenque capere debet? vitę, inquã, corporis & animi nunquã finiendæ, quod enim corpus attinet, nõ fami, non ſiti, non æſtui, non frigori, non indigentię, non laſsitudini, non dolori, non morti amplius obnoxium erit, ſed immortale, agilitate, ſubtilitate & claritate ſumma decoratũ. Anima verò nullo vitio, nulla triſtitia, nullis perturbationib⁹ ſollicitabitur, ſed ſummo bono, quia

Apoc. 7.

Deus

Deus est, perpetuò fruetur, quæ fruitio quantum voluptatis habeat, nõ solùm lingua dicere, sed ne mens quidem concipere poterit. Quid autem est æquè precioſum, cuius lucrum animæ humanæ dispẽdio cõmutari posit? quę imaginẽ Dei refert, cuius gratia (mirabile dictu) Deus factus homo, dormituriens, esuriens, sitiens, pauper, reliquisq; humanæ conditionis iniurijs obnoxius. Neq; solùm, vt homo versatus est inter homines, verũ etiam serui speciem in se suscepit, & serui nocentis, quũ ipsa esset innocẽtia. Atqui nõ ad hoc tantùm se demisit, sed etiam vsq; ad supplicium mortis, ceu facinorosus descẽdit, ac mortis longè probrosissimæ crucis. Qui pauculo ære liberantur, à seruitute heri, & ex seruis fiunt libertini, modis omnibus aduigilant, ne ob ingratitudinem possint in relictã retrahi seruitutẽ. Et tu, nõ corruptibilibus auro & argento, sed preciosissimo sanguine, quasi agni immaculati Christi & incontaminati redemptus, committes vt in veterem tyrannidem diaboli recidas? Dementissimo dementiorem putas, qui huius vitæ corporalis miseræ ac breuis iactura, mundum vniuersum lucrifacere vellet. Quò enim fortuna, si nõ conceditur vti? Quorsum opes, cùm perit

1. Cor. 2.

Philip. 2.

1. Pet. 2.

Matth. 16.

perit ipse possessor? Cur non vel ipsa amentia amentiorem te existimas? cum tanti affectus suos, vel opes habes, vt horum gratia, vitæ æternæ facias dispendium, fortè habiturus in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda, quemadmodū in Apocalypsi scribitur, hoc enim pacto frustra cætera habebis. Ethnicorum lucem Euangelicam ignorantiū plurimi fuere, qui virtutem sibimet pulcherrimā mercedē putātes, sola conscientia rectè cōtenti, fidem pecunia, pudicitiā vita potiorem habuerunt, qui honestatē voluptatibus anteposuerunt, neq; honores neq; reliqua fortunæ cōmoda desiderabant. Tu cui patefacta sunt iudicia Dei qui ad meliorem spē vocatus es, à vitijs non retinebis? præsertim cùm scias momentaneis his voluptatibus, præter infœlicē illum conscientiæ mentis cruciatū, æternos quoq; emi cruciatus? Pijs contra pro temporaria ac leui vexatiuncula, centuplum gaudium puræ conscientiæ euenire, ac in augustissimis sanctissimisque cœlestibus mansionibus dari, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec mēs hominis concipere potest. Bos (vt propheta ait) *cognoscit possessorē suū, & asinus præsepe Domini sui.* Tu cur Dominū tuū nō agnoscis? Abfit, inquis, vt non

Apoc. 21.

Isai. 1.

nō agnoſcam. Ita ſanè, verbis quidem, at factis negas, quòd & Paulus exprobrat quibuſdā: *Cōfitentur*, inquit, *ſe noſſe Deū, factis autē negāt*. Canes, delphines, leones, dracones retuliſſe aliquādo gratiam leguntur: Te verò ingratitudinis apud creatorem ſuum non pudebit? cui debes quod es conditus, cui debes quicquid habes, quorum quidē nullam partem, non dicam referenda, verùm ne cogitāda quidem gratia cōſequi poteris. Quid ergo his contēptis ventrē Deum dices, & culinam religionem? At hoc eſt in vano animā accipere, non autem in finē cui deſtinatus eſt homo, hominemq; nomine, non re eſſe. Ea certè ratione præſtiterat non nouiſſe Euangelicā doctrinā, quam poſt cognitā & acceptam deſciſcere à ſancto præcepto. Leuius enim peccatū redditur ignorātia: grauius damnabuntur, qui crimen impietatis ingratitudinis vitio cumulārūt. Accidit tibi q̄ prouerbio iactatur: *Canis reuerſus ad ſui ipſius vomitum, & ſus lota ad volutabrū cœni.* Poſt facinorū tuorū te pœnitebit, atq; vtinā nō ſerò, vbi videlicet venerit dies magn⁹ iræ, qñ impij mōtibus dicēt: *Cadite ſuper nos, et abſcondite nos à facie ſedētis ſuper thronū*, quando vocem illā mœroris & amaritudinis plenam edent: *Laſſati ſumus in via*

Tit.1.

263.31.

Solinus ca. 25.

Gellius l.5

Pli.li.10.

Pſalm.23.

2.Pet.2.

Luc.12.

Apoc.6.

via iniquitatis & perditionis, et ambulauimus vias difficiles. Viam autem Domini

Sapient. *ignorauimus*. Quid nobis ꝓfuit ſuperbia? aut diuitiarū iactātia quid cōtulit nobis? Tranſierūt illa omnia tanquam vmbra & tanquā nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquā, cuius cùm præterierit, non eſt veſtigiū inuenire, neq; ſemitam carinę illius in fluctibus. Sic & nos nati continuò deſijmus eſſe, & virtutis nullum ſignum oſtendere valuimus, in malignitate noſtra conſumpti ſumus. Talia inferorum pœnis addictos, ſcriptura ſancta dicturos ait, quibus vnuſquiſq;, vtinā exterreretur, flagitiorumque deflendorum occaſionem tēpori ar riperet, atq; ita ſi non virtutis amore, q maximè cōueniebat, formidine pœnæ, quod improbis eſt peculiare, à malis quàm ocyſimè declinet. Illud cogitās quàm ærumnoſa, quàm fugax ſit vita præſens, quàm vndiq; imminens inſidioſa mors, quam paſsim opprimit inopinantes, et cùm nemo vel de momento vitæ ſit ſecurus, quàm ingens periculum eam cōperendinare vitam, in qua ſi illum mors ſubitanea (vt ſæpe accidit) deprehenderit, in æternū perijſſe putandus eſt. Quantum igitur vnuſquiſq; animo conniti, quantum viribus contendere poterit, ſanctitati ſtudeat, Chriſtū Ieſum

Iesum vt conatus prouehat precando, eum animoque suo sæpius reputando, quam fœda, quàm execranda, quã exitialis res sit peccatum. Contrà quanta dignitas hominis, à quanto opifice conditus sit, in quam excellenti statu constitutus, quam immẽso precio redemptus, ad quantam fœlicitatem vocatus, hominem esse illud animal generosum, cuius vnius gratia mirabilẽ hanc mundi machinam fabricatus est Deus. Ciuem angelorum, filium Dei, hæredem immortalitatis, membrũ Christi, templum Spiritussancti, simulachrũ & adytum diuinitatis, peccatum esse lethale virus spurcissimi serpentis, autoramentum diaboli, & seruitutis non turpissimæ modo, verùm etiã miserrimæ. Christi iugũ suaue & onus leue, quod qui portauerit, requiẽ æternã inueniet. Cuius vt nos participes faciat Deus trinus & vnus, communibus votis precemur.

DE SCOPI BIBLICI FINIS.

DE CORRVPTISSIMIS SECVLI huius moribus, variisque atque turbulentis in religione Christiana doctrinis, Alberti Nouicampiani Oratio, in qua permultæ prauæ opiniones refelluntur, quidque pro cuique agendum sequendumq; hoc tempore sit, ostenditur.

ETsi genere Polonus sum, Sereniſsima Regina, Princeps Illuſtriſsime, vosque omniũ ordinũ viri ornatiſsimi: Etſi, inquã, genere Polonus sum, vicinus tamẽ Hungariæ, profeſsioneq; Chriſtianus, ob idque Hũgaris, quantum in me eſt, coniunctiſsimus. Quò fit, vt his optimè conſultum iri vellem, quàm qui maximè: vel eò magis, quòd dominatu Regum, ſanguinisque coniunctione eorundem & nunc, & olim Polonis Hungari deuincti fuêre. Quin etiam hoc tempore, vobis expoſcentibus, Principes veſtros cùm in Polonia, fatis ita ferentibus, non ſine magna tranquillitate, dulcique pace, aliquot annos exegiſſent: ſumma cum alacritate animi (abſit odioſa aſſentatio) ſumma item obſequiorum promptitudine, &

& fidelitate, nec non apparatu belli splendidissimo, vnà vobiscum in regnum vestrũ fœliciſsimè deduximus. Cùm igitur videam Principes vestros sereniſsimos, vosque omnes, in id toto conatu animi incumbere, adnitentibus etiam inclytiſsimi Regis Poloniæ oratoribus, viris prudentiſsimis, & ornatiſsimis, vt tandem aliquando post tot ærumnas, tot calamitates, tot denique clades, res Hungaricæ benè componi, & probè constabiliri possint. Et ipse, qui anteà instituendo Sereniſsimo principi vestro, mandato Regio operam diligentiſsimam impendiſſem: his sanctiſsimis conatibus, quoad per me fieri potuit, deesse nolui. Quin potius Diogenem Philosophum mihi censui imitandum, qui Macedonum Rege expeditionem in Græciam adornante, cæteris mœnium propugnationi intentis, dolium ipse, in quo degebat, ne inter suorũ labores ignauiæ accusaretur, quàm maxima poterat contentione, versabat. Ego verò melius, qui vobis negocia profana tractantibus, de diuinis aliqua in medium proferam, ob eam potiſsimùm causam, quòd de illis, & in hisce locis non rectè, ne dicam impiè plurimi sentiant, odijsque pluſ-

quam feralibus inter se ob ea disideant, & digladientur. Porrò vbi diuina impiè tractantur, aut derelictui habentur, non est quod quispiã (dummodò sanæ mentis sit) cætera bene cessura fœlicesque exitus habitura putet. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Qui vt agnoscatur, & piè glorificetur, omnia condidit. Eius igitur regnum si primum fideles non oscitanter quæsierint, cætera illis adijcienda promisit ille, qui fallere non potest: adeò vt citiùs cœlum & terram ad nihilum redigenda putes, quàm promissa illius immutanda. Dicam igitur, & dicam quàm breuissimè potero, de moribus corruptissimis, turbulentissimisque & calamitosissimis in religione Christiana hoc seculo dogmatibus; quidque in eis pio homini agendum sequendúmve sit, vos quæso animum aduertite, Illud autem in primis à vobis efflagito, vt, si vos æquos iudices dictis meis præbituri estis, animum affectibus vacuum afferatis oportet. Verissimè namque dixit Quintilianus, Id quod iudices fuisse volunt, esse facilè credere. Et sicut amantes de forma iudicare non possunt, quia sen-

Iacob. 1.

Prouer. 16.

Eccle. 17.

Matth. 6.

Mat. 5. 24.

Propositio orationis.

Affectus in rectè iudicãdo officiũt.

Quintilianus.

sensum oculorum premit amor: ita omnem inquirendæ veritatis rationem à nobis amitti, cùm affectibus occupamur. Quòd si fortè quispiam ista non prouidens, odio nostri, vel partis aduersæ amicitia abductus, nos irrisione persequi, nostraque hæc acrius conuellere pergat, haud equidem moror: quippe qui id mihi cùm doctissimis viris commune sciam. Sed quid hos dico? cùm ipse CHRISTVS Seruator omnium optimè docens, doctrinæque suæ signis, & stupendis miraculis fidem faciens, sic contemptus, spretusque fuerit, vt furiosus, & dæmoniacus à plurimis ijsdem scelestissimis censeretur. Tantum affectus maligni in limanda veritate mentem obruunt, & præcipitant, nisi prouideris.

Christus.

Flere magis libet Christiani, quàm loqui, vbi mores corruptissimos seculi huius infœliciſsimi, & calamitosissimi quispiam fixius inspexerit, diligentiusque expenderit. Quamuis enim olim iam inde à condito orbe, post obscuratum illud lumen naturæ, menti primi hominis diuinitùs infusum, seculis subsequẽtibus, homines plurimis ac nefandis sceleribus obruti, execrandisque errorũ ambagibus impliciti fuere, adeò,

Narratio.

Vitia priorum seculorum.

vt honorem, & gloriam, cultum denique, qui soli rerum opifici Deo debetur, detulerint hominibus, spiritibus malignis, animantibus rationis expertibus, statuis item ex ære factis, aut ligno cælatis, quibus etiam (horresco referens) filios & filias suas immolarunt: Tamen præsentis seculi, in maligno positi, scelera paria, vel potius grauiora ducenda sunt prioribus. Etenim post tot exẽpla grauissimarũ pœnarum de peccatoribus sumptarum: post tot insignia beneficentiæ diuinæ in homines testimonia: post coruscantem Euangelij lucem, ab vnigenito filio DEI, in sinu patris existente, mundo illatam, mirandis prodigijs confirmatam, sanguine Apostolorum, & innumerabilium martyrum obsignatam: deinde post perpetuitatem, & constantiam Ecclesiæ illi à CHRISTO promissam: post tot hæreses planè sopitas, confutataſque scripturarum & Ecclesiæ authoritate, aduersus quam ne portas quidem inferi CHRISTVS prevalituras pollicitus est: post ea (inquam) omnia, homines huius seculi, eorum omnium obliti tanquam equus & mulus, in quibus non est intellectus, in vitia ruunt, hæresesque iam à multis temporibus

Psal.105. *Vitia seculi præsentis.*

Psal.31.

ribus damnatas in dubium reuocant. Quæ quidem facientes, timorem Dei abijciunt, Ingratitudinis in DEVM, vitium longè omnium teterrimum, incurrunt: Charitatẽ peculiare quoddam Christianorum insigne rumpunt: Ethnicis & publicanis se pares demonstrant, vel potius deteriores. Accidit enim illis illud Prouerbium à Petro repetitum, Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti. Quamobrem melius erat illis, dicente Petro, non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum reuerti à sancto mandato. Leuius enim redditur peccatum ignorantia: grauiùs damnabuntur qui crimen impietatis, ingratitudinis vitio cumularunt. Id quod CHRISTVS apertè expressit, cùm diceret, Seruum scientem voluntatem Domini, & non facientem, plagis afficiendum multis: contrà nescientem, & non facientem, paucis. Sodomitis item tolerabilius futurum in die iudicij, quàm Iudæis CHRISTO non obedientibus. His autem vitijs homines nouissimis temporibus, quasi pestilentia inuadendos, Paulus olim vaticinatus est: cuius verba hîc non sine causa recensenda duxi: Illud scito (inquit) in nouissimis

Ioan.13.

Prouerbiũ.

2.Pet.2.

Peccatũ leuius redditur ignorantia.

Luc.12.

Matth.10.

Vaticinium Pauli de sceleribus eius seculi.

2.Tim.3.

simis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines sui amantes, auari, iactabundi, superbi, maledici, parentibus non obedientes, ingrati, impij, sine affectu, nescij fœderis, criminatores, intemperantes, immites, negligentes bonorum, proditores, temerarij, tumidi, voluptatum magis amatores quàm Dei, habentes formam pietatis, sed qui vim eius abnegarent, & hos deuita. Obsecro, an vitia hæc secũdum vaticinium Pauli hoc seculo non inundarunt? vos locupletes testes esse potestis. Ego certè quantum attinet actiones in speciem studiosas, quas moraliter bonas vocant, Turcas plurimis Christianis præstare, constanter affirmare ausim. Illi enim (veluti ex scriptis, & relatu quorundam accepi) æquitatis & pactorum seruantes sunt: Principibus suis fideles, illisque ad nutum etiam obedientissimi: à rapina suorum abstinentes, liberales in pauperes, sobrij, legis suæ obseruantissimi: adeò vt ne latum quidem vnguem ab ea declinare velint. Quamobrem consultante etiam cum proceribus Cæsare, professor legis eorum adesse iubetur, attentè obseruans, ne quid legi contrarium ab illis decernatur, sanciatúrve. In cæremonijs item, tem-

Turcarum mores quidam.

Nota.

plisque
etiam pe
reuerent
& in ter
illos cur
inuiolat
nachis,
gione in
milia ip
ti studi
Christi
sto Iesu
vocato
minim
maden
ra ocu
perstrin
uidis,
dus ess
co mo
quod
testatu
tisque
gẽtes
Dei, te
ruunt,
manu
bitant
tra on
que co
conue

plisque ædificandis magnifici, in quæ etiam per diem aliquoties, summa cum reuerentia venire solent. Quandoque & in templa Christianorum, quę apud illos cum rebus sacratis, dicatisq; Deo inuiolata permanent, sacerdotibus, monachis, suos prouentus vnà cum religione in pace retinentibus. Hæc & similia ipsi Mahometico dogmate imbuti studiosissimè obseruanda curant: Christianorum verò plurimos à Christo Iesu edoctos, ad melioremq; spem vocatos, contraria illis facere pudet minimè. Nam vt cætera vitia, quibus madent, taceam: illa tamen recentiora oculos quasi ferientia, breuibus perstringam. Cùm iuxta factum Dauidis, decor domus Dei illis diligendus esset, zelusque eius, illos non dico mouere, sed comedere deberet, id quod CHRISTO accidisse Ioannes testatur: Ipsi tamen contemptis spretisque legibus, animo sacrilego, diligẽtes magis gloriam hominum quàm Dei, templa prophanant, defœdant, diruunt, rebus sacratis, dicatisque Deo, manus prophanas admoliri minimè dubitant: idque suapte libidine ducti, citra omnem necessitatem, superiorumque consensum, eas in priuatum vsum conuertunt, satius esse ducentes, se,

Psal. 25. In prophanatores templorum.

Ioan. 2.

Ioan. 12.

domosque suas tapetijs, argento, auro nitere, quàm templa. Adhæc, vt ipsi ea deglutiant, arcásve suas impleant, quàm vt in templo Domini ad publicos vsus, vrgente necessitate recondantur. Ex possessionibus item Ecclesiæ potius alantur ipsi, eorumque serui, quàm ministri Domini ad ho-
Eccle. 43. norem et Dei gloriam, qui sapiente Hebræo teste, omni laude maior est, vtque agnoscatur, riteque glorificetur omnia condidit. Questus est olim Deus apud Hieremiam, quòd Rechabitis mandata patris sui capessentibus,
Ierem. 35. Iudei mandata Dei negligerent. Nunc ægerrimè non feret, cùm Turcis dogmata Mahometi mordicus retinentibus, Christianorum plurimi mandatis DEI non parent? Quod si Deus Rechabitis vitio non vertit, quin potius gratiam se relaturum pollicitus erat, quòd homini patri suo morem gerentes, vinum non biberunt, nec seminarunt, in domibusque non manserunt, quæ quidem ad honorem Dei parum vel nihil pertinebant: Quomodo Christianis laudi non ducet, & non referet, quòd patrum maiorumque suorum traditiones in laudem & gloriam DEI vergentes firmiter retineant? Dedit pœnas grauissi-

uissimas Baltazar Rex Ethnicus, quòd vasa Domini ex templo Hierosolymitano à Nabuchodonozore asportata prophanarat, ex illis in conuiuio tantummodo bibens. Acerrimè à Deo percussus Heliodorus princeps, qui à Rege Antiocho Hierosolymam, raptum thesauros templi & hominum illic reconditos, missus fuerat: Christianorum verò plurimi, cùm id sine timore Dei, pro sua libidine tantùm faciant, quomodo istud inultum auferent? Notum enim est, quanti decorem templi ipse CHRISTVS IESVS fecerit, cum Iudæos emẽtes & vendentes, è templo flagello ex funiculis facto, non sine maximo zelo expulerit & eiecerit, testimonium ex Esaia proferens: Domus mea, domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Quinetiam ne vas quidem, referente Marco, ferre per templum sinebat. Adhæc ipse festo innouationis templi, & dedicationis altaris à Machabæis instituto, interfuisse à Ioanne narratur. Quòd si Christus cùm esset Deus, ea tamen quę homines in honorem & gloriam Dei constituerant, non contempsit, imò sua præsentia approbauit: Tu qui es puluis, & cinis, cur ea facere dedigna-

Danie. 5. Baltazar.

2. Mach. 3. Heliodorus

Ioan. 2. Christus quãti decorem templi fecerit.

Esaiæ. 56.

Marc. 11.

1. Mach. 4. Ioan. 10.

ris? cur eum honorem templis non defers? quin potius nulla necessitate adactus, tua tantùm libidine ductus rapis ea, quæ homines pij, pro ornamento templi in honorem & gloriam Dei vergente, contulerunt, idque non sine sacræ scripturæ authoritate, in qua plurima extant eius rei testimonia, quæ hîc recensere longum esset. Factum tamen Cyri regis Persarum silentio præterire non possum, qui, licet Ethnicus esset, populo tamen Iudaico ex captiuitate dimisso, templum Domini restaurare iussit, vasaque aurea, argentea à Nabuchodonozore olim ablata, restituit, numerum quinque millium quadringentorũ implẽtia. Adeò Ethnici veros Dei cultores virtute anteeunt. At dices fortasse (vt de imaginibus pauca loquar) Dei præceptum esse: Non facies tibi sculptile. Non eo inficias, id dictum Dei esse: Nego tamen ita, veluti opinaris, intelligendum. Ea enim potissimum ratione Deus id præcepisse existimandus est, ne Iudæi, qui tum temporis in idololatriam proni fuerant, idola facerent, quò eum honorem illis exhiberent, qui solius Dei viui est, veluti gentes fecere, iuxta illud Psalmographi: Simulachra gentium argentum & aurum,

Exod.38. 3.Reg.6. 2.Para.29 2.Mach.3. Esdr.1.

Factum Cyri Regis.

Numerus vasorum.

Exod.20.

Cõtra euerfores imaginum.

Psal.113.

tum, opera manuum hominum. Alioqui, nisi ad eum modum hic locus accipiendus esset, cùm Exod. xx. dixisset Deus, Non facies tibi sculptile: Vigesimo quinto verò, quasi sui oblitus, præcepisset duos Cherubin ex auro parandos, quomodo sibi non esset contrarius, & quasi sibi non constans? cùm tamen non sit Deus, quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur. Cùm igitur nullus sit locus, quod sciam, in literis sacris, quo præcipiatur imagines in templis non esse debere, non video, cur sententia istorum probanda sit, qui illas è templis eijciunt, præsertim cùm contraria in scripturis inueniantur exempla. Vnum illud proximè citatum, alterum 3. Regum 6. vbi inter cætera scribitur, Salomonem præter duos Cherubin in medio templi inferioris collocatos, alios quoque in parietibus fecisse, & palmas, & picturas varias. Huc accedit, quòd ab ipso tempore Apostolorum, imaginum vsus in Ecclesia fuerit, vt Athanasius, Eusebius, Gennadius, cæterique viri grauissimi, & vetustissimi docent: donec circiter annum Domini septingentesimum septimum, imagines non esse recipiendas docere cœpit

Num. 23.

Exempla imaginũ ex scripturis.

Xenaias auctor secte Iconoclastarum, Nicephoro Eusebius.

Xenaias quidã, fortuna seruus, natione Persa, secta gentilis, à Domino suo profugus, ab Antiochiæ Episcopo inscio, quòd baptisatus non esset, in Episcopum Hierapoleos ordinatus. Hanc hæresim plurimi complexi sunt, ob quam celebratum fuerat cõcilium Nicænum, quod Græci generale septimum appellant, in quo hæresis Iconoclastarum siue Iconomachorũ, hoc est, eorum qui imagines tollunt, damnata est. Vbi de imagine Christi inter cætera hoc decretum est, quod hoc districho continetur.

Concilium generale septimum.

Nam Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa:
Hanc videas, sed mente colas, quod cernis in ipsa.

Distichon de imagine Christi.

Pro hac synodo Epiphanius Græcus plurima scripsit, rationes hæreticorum hac de re refutans. Inquiet fortãn quispiam, imagines esse scandalo, quippe quæ ab hominibus colantur. Vide, num rectè argumenteris. Nam prima propositio tuæ argumentationis nõ omninò vera est, hęc scilicet: Quodcunque est scandalo, tollendũ est: multa enim scandalo sunt, nemo tamen mentis compos, ob id spernenda, tollendaque esse censuerit, sed de illis rectè sentiẽdum. Vt verbi causa, Scriptura sa-

Solutio obiectionis de imaginib.

Multa sunt scãdalo, tamẽ nõ sunt tollenda.

ra sacra, ex qua multi scandalizantur, eam perperam intelligentes. Christus item dicente Paulo, multis est scandalum, & stultitia. Quod & ipse innuit, cùm apud Matthæum de se ipso diceret: Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Iam & eadem ratione Sol et Luna è cœlo deijciendi erant: plurimi siquidem fuere, qui hos coluerunt, & nunc fortasse aliqui adorant. Quod verò secundam propositionem attinet, nempe quòd imagines, veluti opinaris, adorentur. Imagines aio in templis esse, non vt colantur, sed vt sint memoria Christi Iesu, sanctorumque eius, quos & pater cœlestis docente Christo honore dignatur: magis enim mouent animum, quæ quasi præsentia cernuntur, iuxta illud Horatij: Segnius irritant animos demissa per aurem, quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus: Proinde in medio templi, vel alibi, imago Christi crucifixi statuitur, vt in mentem homini subeat, quòd CHRISTI passione redemptus, & credens in eum, corpori mystico, quæ est Ecclesia, per templum materiale designata, misertus sit, ob idque gratias Deo agat, & secutus Paulum in cruce Domini Iesu glorietur, per quem sibi mundum, & se mundo crucifi-

1. Cor. 1.

Matth. 11.

Imagines cur in templis sint.

Ioan. 12.

Hora. in arte poetica.

Crucis imago cur in templis statuatur.

Galat. 6.

xum existimet. Sanctorum item imagines inspiciens, eos sibi imitandos proponat, in fideque roboretur, eiusdem Pauli præceptum secutus: Imitatores mei estote, sicut ego CHRISTI. Quòd si sint qui hæc ignorent, docendi sunt, neque ob id imagines eijciendæ. Iam si dixeris, sacerdotes ipsos ac Episcopos ante illorum imagines cereos suffigere, suffitumque facere: non te offendat (ait Gennadius Constantinopolitanus patriarcha, vir sanctus & miraculorum patrator) symbolicos enim ista fiunt, non lignis aut lapidibus ipsis, sed in honorem illorum, quibus cum Christo requies est, & quorum honor ad ipsum recurrit, attestante sapiente Basilio. Qui erga conseruos bonos honorem, erga ipsum Dominum beneuolentiæ signa exhibet, luminaria, fidei lumẽ, odoramenta boni odoris imitationem designant. Qui quidem odor Sancti DEO fuere, nosque exemplo illorum esse debemus. Id quod Paulus de se prædicat, CHRISTI (inquit) bonus odor sumus Deo: Qui cùm sanctos, testante CHRISTO, honorificet, quánam audacia tu illos despiciendos duces? memoriamque illorum nullam in Ecclesia extare cupies?

1. Cor. 11. *Sanctorum imaginum causſa.*

Solutio obiectionis, cur ante imagines cerei suffiguntur, & suffitus fit.

2. Cor. 2.

Ioan. 12.

pies?

pies? At contrarium sapiens Hebræus præcipit, cùm diceret: Laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua: ſapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet Eccleſia. Laudibus vehuntur abs te Horatij, Decij, Scipiones, Fabricij, Lucretiæ, & alij innumerabiles Ethnici, eorumque imaginibus ædes tuæ adornantur: Sancti contrà, qui membra CHRISTI ſunt, contemnentur, obliuioni tradentur, imagines que eorum confringentur, & exurentur? Nomina iſtorum, qui cuius ſpiritus fuerint, neſcitur, faſtis ſeu calendarijs inſcribis, imagines que illorum non ſine animi voluptate inſpicere gaudes: Ea verò quæ in libro vitæ ſcripta ſunt, eradenda duces, imagines que item eorum, ne aſpectu quidem dignaberis? Qua quidem re Ethnicis te ſimilem oſtentas, imò deteriorem. Siquidem aliqui illorum CHRISTI imaginem habuerunt, & venerati ſunt. Quod de Alexandro Seuero Cæſare, & de Cherſeogle Baiazethis genero, ſcriptores prodidere. Sed dũ hæc à nobis dicũtur, non defuturos reor, qui ad ſcripturam diuinam prouocent. In quo quidem tripliciter errant: Primùm, quòd ea in re illis ſcriptura contraria ſit; tan-

Eccle. 44. Sanctorum laus in Eccleſia.

Imagines Ethnicorũ.

Ioui. lib. 13. Tom. 1.

Triplex error, qui diſputãtes de imaginib⁹ ad ſcripturã prouocant.

tantum abest, vt patrocinetur, veluti paulò antè ostensum est, ex sequentibusque magis liquebit. Deinde, quòd solùm illa credenda seruandaque esse existimant, quæ in scripturis diuinis apertè descripta inueniantur. Postremò, quòd Ecclesiæ authoritatem & traditionem eneruent. Quorum neutrum ab Orthodoxis recipitur. Si enim hoc secundo loco dictum, veritati consonum esset, vti illis videtur: certè hac ratione Euangelistarum scripta, imò & cæteri libri sacræ scripturæ abijciendi erunt, quod aliquando ab Ebionitis factum, solo Euangelio Mathæi vtentibus, et alijs vetus testamentum lacerantibus. Quem enim locum ex scripturis diuinis commonstrabunt, vbi DEVS apertè prædicaret, quot, & qui nam libri sacræ scripturæ sint? Neque est, cur solùm ad titulos librorum recurrant. Erant enim Euangelia (vt grauissimi & vetustissimi scriptores testantur) sub nomine Apostolorum falso ab hæreticis prolata, vt Iudæ, Petri, Thomæ, Matthiæ: non sunt tamen Ecclesiæ authoritate approbata. Quam quanti diuus Augustinus fecerit, ipse ostendit, cùm diceret: Non crederem Euangelio, nisi me Ecclesiæ Catholicæ com-

Iren. lib. 1. ca. 26. contra hæres.

Iren. lib. 1. ca. 35. cõtra hæres.

Euseb. li. 3.

Aug. ca. 5. cõtra epis. Manich.

commoueret authoritas. Sed præter sacræ scripturæ libros, & alia sunt, quæ per Ecclesiæ traditionem innotuerunt, quorum quædam ad salutem etiam necessaria sunt: vt Spiritussancti diuinitas, & æqualitas cum alijs personis, quam Eunomiani negabant, quia in scripturis diuinis minimè contineri illis videbatur. Eam opinionem secutus Macedonius, in Concilio Constantinopolitano condemnatus: Verba item consecrationis corporis Domini: Nominis personæ in descriptione Trinitatis vsurpatio: Quòd in paruulis baptismus efficax sit: Diei dominicæ pro sabbato introductio, quam tempore Apostolorum fuisse ex 1. capit. Apocalypsis constat, & id genus alia non pauca. Quorum aliqua cùm recensuisset vetustissimus scriptor Tertullianus, subdit: Harum & aliarum huiusmodi disciplinarum si legem postules, scripturam nullam inuenies, traditio tibi perpendetur auctrix, & consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Quin & locus Pauli 2. ad Thessalonicen. 2. contra eos est, qui nulli rei fidem haberi volunt, quæ non expresse in scripturis caueatur. State inquit) fratres, & tenete traditiones, quas accepistis siue per sermonem,

Quæ per traditionẽ ecclesiæ innotuerunt.

Tertull. de coro. mili.

Locus Pauli.

nem, siue per Epistolam. Contra quos hoc loco Chrysostomus & Graeca scholia, referente Gagnæio, Græcè quidem, sed in eam sententiam loquuntur. Etenim scripta & non scripta præcepta tradiderunt Apostoli, & vtraque obseruatione digna. Igitur & Ecclesiæ quoque vel non scripta traditio seruanda est, hæc ille: Nec dissimiles locos aliquot in Paulo, aliisque scripturis inuenire est, ad hanc hæresin retundendam, quæ Eunomianorum, Arrianorum, Nestorij, Arrij, & aliorum fuerat, in Concilio generali septimo ab annis septingentis sexaginta quinque damnata. Eam tamen recentiores non deterriti supplicio illorum complexi sunt, authoritatem & consuetudinem Ecclesiæ nihili facientes. Paulus vas Domini electum (vt de eo quod tertio loco propositum fuerat dicam) rem indifferentem, de qua nihil in scripturis sacris cauetur (vt scilicet vir aperto capite, mulier operto oret) obseruari vult ab omnibus, argumentum aliud aduersus contentiosos nõ afferens nisi Ecclesiæ consuetudinem: Si quis (inquit) inter vos videtur esse contentiosus, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Quem morẽ canone 14. secu-

Consuetudo Ecclesiæ.

1. Cor. 11.

secutum est Nicænum Cõcilium contra Arrium congregatum, cui inter cæteros plurimos Paphnutius Aegypti Episcopus interfuit, per quem sicuti olim per Apostolos signa fiebant: Isti verò nescio quo spiritu inflati, tot annos obseruatas Ecclesiæ Catholicæ consuetudines nihili ducunt: qua quidem ratione alienos se à Dei spiritu manifestissimè produnt, cùm ille, dicente Paulo, nõ dissensionis sed pacis sit author. Verùm enimuerò minimè mirum est, si diuum Paulum, Nicænumq; Concilium ceu vnum ex quatuor Euãgelijs habitum, contemnant, cùm eo modo & Christo Iesu notã mendacij se inurere, aut non animaduertunt, aut non verentur. Nam cùm Ecclesia Catholica semper sit, alioqui Catholica nõ esset, hoc est, vniuersalis, quæ vniuersalitas nõ solùm refertur ad loca, sed ad tempora. Quamq; etiam visibilem esse Christus voluit, cùm diceret: Si te non audierit frater tuus, dic Ecclesiæ: si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Quî enim Ecclesiæ diceret, quæ illi inuisibilis & incognita esset, veluti isti putant. Ei autem Ecclesiæ Christus pollicitus est se missurum spiritum veritatis, cum ea perseueraturum in æternum. Ipseque apud

Libr. 10. Eccles. hist.

1. Cor. 14.

Ecclesiam erroris insimulãtes, quid Christo inuranᵗ

Matth. 18.

Ioan. 14.

Mat-

Matth. vl. Matthæum idem se facturum præ-
xit : Non video qua ratione isti erro-
ris Ecclesiam insimulantes , blasphe-
miam in CHRISTVM effugere po-
terint. Quod verò attinet locos ab
istis in contrarium adduci solitos, vt
Deut. 12. illud. Quod præcipio tibi, hoc tantùm
facito Domino , nec addas quicquam
Solutio quorundã locorũ sacræ scripturæ ab aduersarijs testimonij gratia nõ rectè productorum. nec diminuas . Hic locus in eo sensu
accipi non potest, vt isti detorquent.
Dominus enim hoc loco (vt ex antece-
dentibus verbis colligitur) inhibet so-
lùm populo suo , ne relicta doctrina
cultus sui, quam ipse per Moysen de-
derat, cæremonijs falsorum deorum
ipsum colerent, non verò additionem
in vniuersum prohibet, alioqui seque-
retur solum Pentateuchum Moysis à fi
delibus recipi debere, (quod Samari-
tani fecerant) alij verò libri veteris &
noui Testamenti explodendi erunt.
Maledictioni item obnoxius erit Io-
sue vel Esdras , qui bonam partem vl-
timi capitis libri Deuterono. addidit
de morte Moysis, & cætera. Sacrilegus
fuisse putandus erit Moyses, qui multa
Exod. 12. addidit, quo ea quæ præciepiebat Do-
Exod. 20. minus declararet, vt in ritu phase, &
23. 24. in obseruatione sabbati, vbi constat le-
gentibus præter Dei præcepta aliqua
fuisse addita. Haud dissimiliter solui

po-

potest secundus locus, quem ex Paulo afferunt. Si quis vobis euangelizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Vt scilicet intelligatur de doctrina contraria & aduersa Euangelicæ doctrinæ, & quæ illi derogabat, veluti illa quam pseudoapostoli Galatas docebant, in ignominiam Christi prædicantes, legem Moysis necessariam esse ad salutem homini, qui in CHRISTVM credidit. Itaq; non prohibet eis aliam doctrinam, nec alia scripta tradentia ea, quæ ad gloriam Christi pertinerent. Alioqui anathema fuissent, qui receperunt Ioannis Euangelium & Apocalypsim, quæ longè post Paulum scripta sunt. Tertius locus ex scriptura, nunquam non in ore istorum versatus, vbi de traditionibus Ecclesiasticis sermo incidit ex Marco: In vanum me colunt docentes doctrinas, & præcepta hominum. At liquet, præcedentia in eo capite expendenti, loqui Christum de frigidis traditionibus, & prorsus inutilibus, qualis est: Illotis manibus non manducandum panem: Non licere comedere è foro redeuntibus, nisi lauarentur: & alia illic à Christo expressa. Quæ nihil habent commercij cum apostolicis & ecclesiasticis traditionibus, quibus Ecclesia

Gala. 1. *Locus Pauli nō rectè pro tuendo errore citatus.*

Marc. 7. *Locus ex Marco.*

clesia fulcitur & roboratur, de quibus antea dixi. Sed his ad quæ refellenda ardor animi me abstulerat, dimissis, ti alijs quæ in contrarium ab istis proferuntur, quæ quidem omnia inter cæteros Martinus Peresius accuratè confutauit: ad cætera quæ præsentis sunt instituti, pergamus. Vbi parumper expendamus obsecro, cur prædictum catalogum vitiorum Paulus recensuerit, ea quasi digito commonstrans, quod & in alijs locis fecit. Neque enim temerè fecisse putandus est. Nouerat nimirum ille à Spiritu sancto edoctus, homines in quos seculorum fines deuenerunt, malitia ita excæcatum iri, vt manifesta scelera perinde ac si scelera non essent ab illis dissimularentur ac contemnerentur. Quique prauis doctrinis imbuti, & libertate Euangelica abutentes, confiterentur se nosse Deum, factis autem (vt idem ait) negarent, sintque ad omne opus bonum reprobi, satis sibi ducentes, si in omni genere vitiorū volutati ceu in volutabro cœni, CHRISTVM mediatorem ore tantùm confiterentur, magisque linguam quàm mentem piam habentes, suas fides fictas, vel potius perfidias confingerent atque iactarent. Cū tamen vna sit fides, sicut vnus Deus,

D. Paulus cur vitia sigillatim enumerarit

1. Cor. 10.

Sapien. 2.

Titum. 1.

vt

vt Paulus ait. Idemque manifestissimè fateatur, factores, non auditores verbi, iustos esse apud Deum. Sed & ipse Christus apertissimè idipsum testatur cùm diceret, Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, introibit in regnũ cœlorum, sed qui fecerit voluntatem patris mei. Quod si regnum cœleste obueniret ijs, qui sola fide contenti, luxuria diffluunt, ac delicatè & molliter viuunt: sanè ea ratione stultitiæ arguendi essent Apostoli, & omnes electi DEI: quippe qui (vt isti opinantur) dissolutè viuendo æternæ vitæ sortituri erant hæreditatem: nihilominus corpus suum castigabant, & in seruitutem redigebãt laboribus plurimis, vigilijs, ieiunijs, à carne & vino abstinentes, orationi instabant, nocte etiam ad confitendum nomini Dei surgentes. Alij (vt Paulus ait) circuierunt in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti in solitudine, errantes in montibus & speluncis, & in cauernis terræ, prouidentes bona non solùm coram DEO, sed etiam coram omnibus hominibus, ab omni specie mali abstinentes, adeò vt Paulus doctor gentium diceret: Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scanda-

Ephe.4.
Roma 2.
Matth.7.

Argumentũ contra eos qui fidẽ mortuam iactant.

1.Cor.9.
2.Cor.11.
Danie.10.
1.Tim.5.6
Romæ.12.
Psal.118.
Hebræ.11.
Roma.12.
1.Thess.5.
1.Cor.8.

Tertul. de ieiunio aduersus Phy sicos.

Aliud argumentū.

Psal. 36.

1. Cor. 6.

Matth. 7.

Mat. 5. 19.

Notantur homines eius seculi.

Prouer. 2. Esa. 1.

scandalizem. Harum actionum piarum & aliarum plurimarum euidentissima extant in literis sacris, scriptisque grauissimorum authorum testimonia & exempla, quæ si recensere vellem, tempus me deficeret. Adhæc si credentes solùm regnum Dei possessuri essent, & non etiam declinantes à malo, facientesque bona, id quod Psalmographus faciendum præcipit: certè Paulus Spiritu Dei loquens, mendacij notandus erit, quòd diceret: Nolite errare, neque fornicarij, neque adulteri, neque molles, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neq; raptores regnum Dei possidebunt. Quin & ipse Christus, cùm diceret, latam esse viam & spacioſam, quæ abducit ad exitium, angustam verò portam & strictam, quæ ducit ad vitam, ad eamque ingressuris mandata Dei seruanda præciperet. At hæc CHRISTO & sanctis tribuere, nefandum esse & impium, nemo nisi impius ipse negauerit. Hoc verò seculo maligno, vitia prædicta plurimi non solùm non fugiunt, verumetiam in illis mirum in modum sibi blandiuntur, lætanturque, cùm ea fecerint, passimque sicut Sodoma & Gomorra prædicant. Eos item, qui ea patrant,

amant,

amant, prouehunt. Contra ab ijs alienos, sibi ad videndum quoque (vt Sapiens ait) graues ducunt, quòd vita illis dissimiles sint. At contrarium fieri debere sacræ literæ innuunt. Odiui (inquit Psalmographus) cœtũ malignantium, & cũ impijs non sedebo. Detrahentem secretò proximo suo, hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabili corde, cum hoc non edebam. Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Et Paulus, Si is, qui frater nominatur inter vos, est fornicator aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi ne cibum capiatis. Hæreticũ hominem post vnam & secundam correptionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit cùm sit proprio iudicio condemnatus. In semetipsum scilicet sententiam ferens suo arbitrio de Ecclesia recedendo. Atqui hoc seculo homines animales non percipientes ea quæ sunt spiritus, hæc contemnunt, iuxta illud: Impius cùm in profundum peccatorũ venerit, contemnit. De ijs illud Tertulliani aduersus Psychicos dici posit, DEVS tibi venter est, & pulmo templum, & aqualiculus altare, & sacerdos cocus, & sanctus spiritus nidor, & condi-

Sap.2.

Psal.25.

Psal.100.

1.Cor.5.

Titum.3.

Prouer.18.

menta charismata, & ructus prophetia. Et paulò post, Apud te Agape in cubis feruet, fides, in culinis calet spes, in ferculis iacet charitas: Hæc ille. Cæterũ dũ hæc loquor, ne quispiã fidei, id quod eius est, per me detractum putet. Scio enim quid illius sit. Qua de re verbosiùs disserui in assertione, qua ostẽdi secundum doctrinam Pauli, charitatem præstantiorem esse fide, etiamsi hac vita: quæ assertio est Cracouæ typis excusa. Illud autem magis deplorandum est, quòd ea vitia & dogmata tantum inualuerunt, vt remedia pati non possint. Nam si forte aliqui probi & docti, ad ministerium verbi diuini iuxta ordinem Ecclesiæ rite vocati, voce (iuxta præceptum diuinum) exaltata vt tuba, scelera eorum & dogmata pestifera proscindant, firmissimisque rationibus conuincant, extemplò insciliæ infamantur, atque exploduntur, ab ijs etiam, qui vix à primo (quod aiunt) limine literas sacras salutarunt, imò ab analphabetis, aures etiam suas exemplo Iudæorum continentibus, & quasi furore percitis, iuxta dictũ Psalmographi: Furor illis secundum similitudinẽ serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium &

Vitia eius seculi remedia pati nõ possunt.

Psalm. 52.

vene-
uersun
in repr
scipul
esse vis
(inqu
quater
do vti
perito
cũ ner
quas n
sum ta
piter h
versat
ligam
go id
quæ in
de diff
enim
piens
prude
tes est
bisme
tua ra
contr
lũ exa
nes &
homi
cæteri
nio tu
quosc

veneficii incantantis sapienter. O peruersum, & insanum iudiciũ, ô mentem in reprobum sensum datam. Tu qui discipulum te profiteris, supra magistrũ esse vis? At id Christus negat. Non est (inquit) discipulus supra magistrum, quatenus scilicet opera illius in discendo vtitur. Nã qua ratione imperitus de perito iudicium rectum ferre poterit, cũ nemo bonus iudex sit earum rerum quas non nouit? At dices fortasse: Non sum tam hebeti, neque tam ingenio turpiter hirto, vt quamuis in literis sacris versatus non sim, minimè tamen intelligam ea de quibus disseritur. Non nego id quidem, quin assequi poteris ea quæ intellectu sunt facilia: Cæterùm de difficilibus aliter sentiendũ est. Non enim frustrà scriptura monet, Ne sis sapiens apud temetipsum. Ne innitaris prudentiæ tuæ. Et alibi: Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Potest equidem tua ratio ea dictare, quæ peritis, & Deo contraria sunt, præsertim, cũ sicut cœlũ exaltatum est à terra, ita cogitationes & viæ Dei à cogitationibus & vijs hominũ, vt est apud Esaiã. Quòd si de cæteris rebꝰ & scientijs tibi ignotis, ingenio tuo minimè fidis, verũ periciſsimos quosq; consulis, neque vni eorum satis fidens,

Iudex bonus quis. *Mar. 10.*

Solutio obiectionis.

Prouer 2. *Esaiæ. 1.*

Psal. 55. *Scripturarũ diuinarũ artẽ oẽs passim sibi vẽdicãt, cæteras artes non item.*

fidens, plures in consilium adhibes, suo iudicio diffisus, cum isto ipsum in negotio religionis facere contemnis? cùm hic error periculosissimus sit, quem æterna animæ damnatio manet.

In literis sacris & religione quædā intellectu difficilia.

Et in religione literisque diuinis plurima sint intellectu difficilia, quarum etiam omnia arcana non temerè omnibus sunt communicanda, testante idipsum scriptura diuina. In epistolis Pauli (inquit Petrus Apostolus) sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti et

2. Pet. 2.

instabiles deprauant, sicut cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Quod non sine nostro magno malo in his perturbatoribus religionis experitur Ecclesia. Paulus item cùm dixisset. 1. Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos, cap. 3. subdit: Tanquam paruulus in Christo, lac potū dedi vobis, non escam. Nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. Et ad

Hebræ. 5.

Hebræos 5. Perfectorum solidus est cibus, id est, perfecta altiorū mysteriorū intellligentia, eorum, qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Esaias item cap. 28. ait. Quem docebit Dominus scientiam, & quem faciet intelligere auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus. Rectè igitur ille Basi-

lius

lius Magnus, cùm coram Valente Imperatore fidei suæ rationem redderet, insolentiam cuiusdam Demosthenis, super imperiales epulas constituti, doctoremque mundi culpantis seueriſsimè coërcuit: Tuum est, inquiens, de pulmentarijs cogitare, non dogmata diuina decoquere. Nam sicut (docente eodem) in cera quis scribere non potest, nisi characteres impressos antè deleuerit: sic nec anima, diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex animo mores penitus exuerit, cùm (suffragantibus huic sententiæ literis sacris) In maleuolam animam non intrabit sapiẽtia, nec habitabit in corpore subdito peccatis: neque animalis homo, qui scilicet animi sui sensum ac libidinem tantummodò sequitur, percipit ea quæ sunt spiritus: Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, id quod spiritualiter dijudicatur. Sed iam fortasse tacitus cogitas, te Christianum, neque moribus adeò corruptis esse, atque ob id Spiritumsancti minimè expertem, quem Christus Iesus Deum patrem promisit daturum petentibus eum. Idemq; Christus pollicitus se adfuturum in medio, vbicunque duo vel tres congregati fuerint in nomine eius. Neque ego nego ista esse vera quæ dicis: hinc tamẽ

Hiſtor. eccl. trip lib. 7. cap. 36.

Epiſt. de vita ſolit.

Sapien. 1.

1. Cor 2.

Solutio obiectiõis eorũ qui temerè vſurpãt ſibi interpretationem diuinæ ſcripturæ.

Luc. 12.

Matth. 14.

minimè colligis, quod vis. Nam sacræ scripturæ loci in medium à me producti, etiam de Christianis loquuntur, qui tibi similes esse potuerũt: & verba Christi à te citata, non tam de Spiritussancti dono ad salutem vnicuiq; necessario, quàm ad vtilitatem Ecclesiæ generaliter pertinente, intelligenda sunt. Quorsum enim Paulus dixisset: Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem Pastores & doctores, ad consummationẽ seculi. Et alibi, cùm recensuit varia dona hominum in Ecclesia, quæ operatur vnus atque idem spiritus diuidens singulis prout vult, adiecit: Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes doctores? nũquid omnes gratiam habent curationum? Diuus Iacobus quoque ambitionẽ inanis tituli & doctrinarum varietatem inhibet (alioqui sese Paulus doctorem gentium iurè appellat) Nolite (inquit Iacobus) plures magistri fieri fratres mei. Quibus verbis multorum effrenem inhibet audaciam, qui statim vt erant baptizati, temerè docẽdi alios munus vsurpabant, ita, vt quidam Antiochiã profecti dicerent, non esse sine circunciſione salutẽ. Quales et Paulus no

Ephe. 4.

1. Cor. 12.

Tit. 2.

Iacob. 3.

Act. 15.

1. Tim. 1.

tat:

tat: Quidam(inquit) aberrantes conuersi sunt ad vaniloquium, volẽtes esse legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Quod verò Christi promissionem attinet, qua se tribus in nomine suo congregatis adfuturum pollicetur (ex quo loco Nouatiani sibi veram scripturæ intelligentiam arrogabãt, veluti & hodie plurimi faciunt) D. Cyprianus martyr ab hac promissione Christi secludit hæreticos pacis Christianæ & vnitatis Ecclesiæ turbatores. Nõ igitur illotis manibus (quod aiũt) ad religionis Christianæ mysteria scripturamque diuinam accedendum est, neque illa pro suo arbitrio vnicuique tractanda propterea magis, quòd sit (docente quodam scriptore grauissimo & vetustissimo) similis imagini obtutum circumagenti. Quemadmodum enim illa ex quacunq; parte eam adieris, te aspicere videtur: Ita & scriptura bonis & malis se præbet. Cui rei argumento sunt omnes ferè hæretici, qui dogmata sua, scriptura sacra perperam intellecta corroborare nituntur, eaque trũcatim citata, perinde faciunt atque funem ex arena quispiam nectere conetur. Id quod & diabolus Christum tentans, fecisse legitur, scriptura

Solutio obiectionis.

Nouatiani.

De simp. præ.

Scriptura sacra cui similis.

Hæretici.

Matth. 4.

In cerdones mulierculas scripturam interpretantes.

Nouatus, si de lapsis.

ab eodem vicissim conuictus. Quòd si plurimi hæreticorum, scripturarum sacrarum periti, fœdè & grauiter lapsi sunt, adeò, vt inter cæteros Nouatus homo alioqui peritus, ex locis epistolæ ad Hebræos malè intellectis negauerit, semel in peccatum post baptismũ prolapsos ad pœnitentiam recipiendos: quis spõdere sibi audeat fabros, in cerdones, mulierculas, pueros nequaquá ex scripturis offensum iri malè intellectis, suoque idiomate versis, præsertim quum nullã sacrarum literarum expositionem admittant, nudamque velint apprehendi scripturarum literam? Quis, inquam, & eos securos reddat, & nos suæ securitatis certos faciat? vel eò magis, quòd dicat Apostolus:

1. Cor. 10. Qui stat, videat ne cadat. Quamobrem rex Gallorũ Christianissimus, &

Mandatum Regis Galliæ. prudentissimus Parisiorum senatus, cùm videret eo modo grauem in negotio religionis afferri errorũ materiam, inhibuisse aliquando fertur, ne passim

Gagneius. sacra Biblia vænirent, aut ederentur vernaculo sermone conuersa, idque fortitan non ineptè, præsertim cùm vniuersorum bibliorum lectio, & intelligentia, ad salutem necessaria omninò non sit. Alioqui multi indubiè viri boni & simplices damnationis rei essent. Neq; verò

verò recens id decretum est. Nam et apud Iudæos ad principium Geneſis, & exordium finemque Ezechielis, nemo ante triginta annos natus admittebatur. Quod si quispiam legere cupit, id faciat velim adhibitis in obscuriora loca orthodoxorum & catholicorum, nõ sectariorum expositionibus. Qua de re nos in Scopo nostro Biblico latiùs scripsimus. Illud verò hoc loco non prætermittendum videtur, hanc scilicet arrogantem hominum licentiam, & libidinem in scripturis interpretandis, doctoribusque seu concionatoribus censendis, ab Apostolo prædictam esse, quò magis caueatur: Erit (inquit) tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Quibus verbis designat, quæsituros olim homines doctores eos qui sibi adblandiantur, impunitatem promittentes, & leniter aures scalpentes: non veritate, & gehennæ terrore rodant. Cui non dissimile est illud Ieremiæ: Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam vt te ad pœnitentiam prouocarent. Quã verò hoc malum hisce tẽporibus

Iudæorum decretum.

Hieron. ad Paulinum.

Licentia hominũ in cẽsendis doctoribus olim à Paulo prædicta.

1. Tim. 4.

Expositio verborum Pauli.

Threno. 3.

ribus latè serpserit, & auctũ sit, in con

Dementia hominum eius seculi.

fesso est. Nã plurimi hominum eò dementiæ peruenerunt, vt si quispiã noui aliquid proferre, & quæ anteà semper in bonis ac salutaribus habita sunt, in contemptum adducere ausit, in huius sententiam mox pedibus eunt, huic applaudunt. Quod ille cõtemptui habet, & id illi citra vllum iudicium nihili ducunt, etiamsi ne id quidem illis constet quam ob causam, quáve ratione illis spernendum sit. Doctores contrà tales plurimos inuenias, quales olim in literis sacris, suis quasi coloribus depicti sunt. Referunt enim illæ, eos suo ventri seruire, verbum Dei falsificare, eoque ad quæstum suum abuti, secundum desideria sua ambulare in impietatibus, seipsos segregare, à Spiritu Dei alienos, dominos spernere, in præditos potestate maledicta congerere, sectas non metuentes introducere, CHRISTI gratiam transferre in luxuriam, per dulces sermones & adulationes, corda innocentium seducere, vt meritò in scriptura diuina nominentur fluctus feri maris: quòd inquieti, & tumidi pacem Ecclesiæ impugnent: sidera item errantia, quòd in doctrina sibi nõ constent, sed diuersa doceant. Quam leuitatem nostro seculo princeps quidam in

Doctores seu concionatores eius seculi.

Rom. 16.

2. Cor. 4.

Iudas Apostolus in canonica.

Iudas in epistol.

Leuitas quorundam in religione.

in vicinis ſuis macula hæreſeos inuſtis, irriſiſſe fertur, dicens: ſe ſcire quid illi anno tranſacto de religione ſenſiſſent, futuro verò quid ſenſuri eſſent, ſibi ignotum eſſe. Talibus doctoribus noſtro ſeculo ſuboriri & pullulare impunè incipientibus, ſuccreuere deinde hæreſes, quotidieque exoriuntur, vt vix inuenire queas, cui cum altero in vniuerſum cõueniat. Is namque hæreticorum mos eſſe fertur, quoties in vno pietatem contempſerint, & à via veritatis aberrauerint, in multos & varios errores labuntur. Vniformis enim eſt res veritas, mendacium autem in varia diſtrahitur. Cæterùm hæreſes noſtrorum temporum, nunc nec recenſere, nec refellere volo: tamen ſi qui volet, cum illo conferam, hoc vnum teſtatus, & ſi ipſe deficerem, non defuturos tamen in ea re viros doctiſsimos, & orthodoxos, quorum aliqui hæc dogmata ſcripturis confutarunt, neque Eccleſiam, aduerſus quam ne portæ inferi præualebunt, dicente CHRISTO. Illud potius dicam, quænam mala has doctrinas peſtiferas ſubſequantur. Cùm magnum & firmum vinculum ſit religio, plurimi his dogmatibus ad ipſam factionem & bella inteſtina

De hæreſibus eius ſeculi.

Mos hæreticorum.

Veritas
Mendaciũ.

Matth. 16.

Quæ mala ſequantur peſtiferas doctrinas.

Bellum rusticorum in Germania.

attrahi solent: cuius rei testis est Germania, in qua anno ab hinc 32. intra 3. ferè menses, in conflictu supra centena millia rusticorum trucidata sunt, qui ob libertatem Christianam falsè illis prædicatam, bellum contra dominos mouerãt. Nec dissimile posteà bellum ab Anabaptistis in VVestphalia anno ab hinc 22. excitatum est. Et alia præter hæc etiam in alijs prouincijs. Proinde ille qui eius rei caput fuerat, fertur coactus fuisse aliquando pontificis regnum, & monachorum, quod vocat, in vrbibus, quæ maximæ illi credebant, desiderare. Ita illi animos audientium afficiũt, eosque affectus in eis excitant. Ob quam rem aliquando indoluisse legitur Erasmus ille Roterodamus testis occulatus, quem hic honoris ac dignitatis causa nomino. Neque solùm factiones, bellaque pestifera praua hæc dogmata & olim & nunc excitarunt, sed & alia mala inuexerunt, talia certè, qualibus anno ab hinc ferè millesimo centesimo Basilius ille Magnus vigente hæresi Arriana, vt opinor, Ecclesiam afflictam fuisse questus est, inter cætera inquiens: Domus orationum conclusæ sunt, vacua altaria spirituali cultu, non est oblatio, neq; suffumigium, prophanata sunt sacra, permissum est docere

Vide quid peperit bono doctori fucus libertatis.

Factiones.

Basil. epist. 96. 70.

Non tã ouũ ouo simile est quã hæc ijs quæ hoc seculo aguntur.

docere omni blasphemæ linguæ: fugiunt domos orationum populi sani velut doctrinæ impietatis locos: euersa sunt pietatis dogmata, confusæ sunt pietatis leges, perijt authoritas sacerdotalis, vnusquisque in voluntate cordis ambulat, prauitas immensa est, populi admoneri nolunt, præsides dicendi libertatem non habent: à quibusdam velut scutum mutui inter ipsos belli, excogitata est defensio rectæ videlicet de fide sententiæ, & proprijs inimicitijs occultatis, pro pietate gerere se inimicitias confingunt. Vnum est crimen, quod nunc vehementer damnatur, ac punitur, diligens obseruatio traditionũ patrum, ob hoc fugantur patrijs pij, fugæ presbyterorum, fugæ diaconorum, & totius cleri depopulationes, fluctuant hi qui modicæ sunt fidei, ambigua est fides. Episcopi ex sola calumnia rapti sunt, & nulla probatione criminũ inducta supplicijs traduntur. Qui grauiores blasphemias protulit ad populi episcopum, potior habetur: hæc & cætera ille. Quæ vitia, & alia præter hæc quomodo hodie regnent, notius est, quàm vt à me dici possit. Horum autem malorum causa & caput fuit libertatis fucus ab istis prædicatus. Libertas enim Christiana beneficio Christi

Nota.

Traditio Patrum.

Presbyterorum fuga.

Libertas Christiana in quibus consistit.

sti collata, in quinque rebus potissimum consistit: primò, quòd passione eius liberati sumus à peccatis & reatu eorum. Ipse enim (ait angelus de Christo) saluum faciet populum suũ à peccatis eorũ. Et Paulus: Nihil ergo damnationis est his, qui sunt in Christo Iesu. Secundò à tyrannide concupiscentiæ & fomitis intus in nobis habitantis, de quo Apostolus: Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per IESVM CHRISTVM. Tertiò, à tyrannide diaboli & mundi & irritamentis eius, iuxta illud Christi: Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et alibi: Confidete, quia ego vici mundum. Post Christi enim gratiã non iam irrumpit in fideles tanquàm tyrannus, sed tanquam malignus veterator, alliciens potius quàm impellens. Quartò, à iugo legis Mosaicæ & circuncisione, quantum ad cæremonialia, & iudicialia. Qua de re passim in literis sacris extant testimonia. Quintò, omnes ferè renatos à legis moralis dominio, ne scilicet ipsa quasi cogens & prædominans, & nos coacti agamus, quod ipsa agendum præcipit, sed ex amore & voluntariè. Dicit enim Apost. Si spiritu ducimini, non estis sub lege. Quibus

1 *Lut.* 1. *Roma.* 8. 2. 2 *Rom.* 7. 3 *Ioan.* 12. *Ioan.* 16. *Aug. ser.* 7. *de tempore* 4 5 *Gal.* 5.

bꝰ verbis innuit, eos quos afflauit Christiana charitas, non esse obnoxios legi, eò quòd plus præstant suapte sponte quàm lex metu pœnę possit extorquere, vt Paulino dogmati dictum Aristotelis sit consentaneum, qui rogatus à quodam, quid fructus sua illi philosophia attulisset. Vt ea (inquit) sponte faciam, quæ plærique legum metu coacti faciunt: in quam sententiam & illud dictum: Iusto nõ est lex posita. Hac igitur libertate quintuplici beneficio christi donati sunt Christiani. Non autem vt liberi sint à seruitute iustitiæ. Id quod Paulus apertè docet. Cùm enim indicasset Galatis, eos liberos esse ab oneribus Mosaicæ legis, cauens ne sibi licentiam desumerent, et occasionem in libertatem carnis, nec legi charitatis deseruirent, & præcepeis Dei moralibus, inquit: Vos in libertatem vocati estis fratres, tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone completur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In quàm sententiam dixit & Petrus: Quasi liberi & nõ quasi velamen habentes malitiæ libertatẽ, sed sicut serui Dei omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate.

Eras. Rote.

1. Tim. 1.

Galat. 5.

Expẽde verba Pauli et Petri.

1. Petr. 2.

Mores hæreticorũ eius ſeculi.

rificate. Perbellè ille mores hæreticorum noſtræ tempeſtatis expreſsit. Illi enim Euangelicæ libertatis prætextu ac velamine, omnem eneruant Eccleſiaſticam poteſtatem et doctrinam. Idque contra euidentiſsima ſacræ ſcripturæ teſtimonia. Si Eccleſiam non audierit (inquit Chriſtus) ſit tibi tanquam Ethnicus et Publicanus: vbi, vt antè oſtendi, de viſibli Eccleſia Chriſtum di-

Poteſtas Eccleſiæ.

Matth. 18.

Matth. 23.

xiſſe ſentiendum eſt. Huc pertinet et illud, Super Cathedram Moyſis ſedent ſcribæ & phariſæi, omnia ergo quæcunque vos iuſſerint ſeruare, ſeruate, & facite: ſecundum verò opera eorum nolite facere. Et Paulus: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilant, quaſi rationem reddituri pro animabus veſtris. Et Actuum 16. ſcribitur, quòd Paulus & Syllas tradebant fratribus cuſtodire dogmata, quę

Hebræ. 13.

Deut. 15.

erant decreta ab Apoſtolis. In veteri verò lege, qui hanc obedientiam præſtare nolebant, ſacerdotis imperio, qui illo tempore miniſtrabat, neci dabantur.

Poteſtas præſidum Eccleſiæ.

Porrò præſides Eccleſiæ non ſolùm diſpenſationis verbi Dei (veluti quidam non rectè opinantur) poteſtatem habere putandi ſunt, ſed & aliam, vt coërcendi & excommunicandi. Quorſum enim Paulus fornicarium illum

Co-

Corinthium excommunicasset? Quorsum Alexandrum & Hymeneum Sathanæ tradidisset? Quorsum ad Corinthios scribens diceret: Hęc absens scribo, vt nō præsens durius agam secundum potestatē, quā Dominus dedit mihi? Hanc potestatem se habere Paulus euidenti signo ostendit, cùm Elymam Magum auertere volentem à fide Sergiū, cæcitate percussisset. Petrus item, cùm in Saphiram & Ananiam spiritui sancto mentientem sententiam dixisset. Quòd si competit Ecclesiæ potestas coërcendi, & potestas iuris dicendi illi deesse non potest. Ac si quæstiones dubiæ oriantur in Ecclesia, habet illa potestatem iudicandi de ijsdem atque decernēdi, idq; per Synodum. Et quod hæc in spiritusancto legitimè congregata decernit, Spiritus ipse sanctus decernere videtur, iuxta illud Concilium Apostolorum, Visum est Spirituisancto & nobis. Quem morē semper obseruauit Ecclesia de quæstionibus sententiam in Concilijs ferendo. Ex prædicto Concilio Apostolico liquet, esse penes Ecclesiam potestatem constituendorum canonum, ad vtilitatē et ędificationem Ecclesiæ, non ad destructionem. Quod ex dictis Pauli colligitur ad Titum: Huius rei gratia (inquit Paulus)

1. Cor. 5.
1. Tim. 1.
2. Cor. 3.
Act. 13.
Act. 5.
Potestas iuris dicendi.
Quæstiones dubiæ ab Ecclesia discutiendæ.
Act. 15.
Canones.
Tit. 1.

lus) reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego dispositi tibi.

Potestas Ecclesiæ duplex.

In summa, duplex potestas Ecclesiæ esse comperitur, ordinis & iurisdictionis. Quarum altera continet ministerium verbi Dei, administrationem sacramentorum, ecclesiarumque ordinationem ad ædificationem: Altera potestatem excommunicandi & coërcendi. Hanc potestatem duplicem Ecclesiæ à Christo traditam, verba Christi indicant, Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Item, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos. Item, Hoc facite in meam commemorationem. Et illud, Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Ab Apostolis deinde perpetua successione Ecclesia Catholica habuit, & nunc habet hanc potestatem, idque cũ signo impositionis manuum, & cæteris ritibus competentibus. Vnde illud Apostoli. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiã cũ impositione manuũ presbyterij. Item illud: Manus nemi-

Ioan. 20.

Matth. vl. Luc. 22.

Matth. 16.

Potestas Ecclesiæ à christo per successionem.

Tit. 4.

mini citò impoſueris. Hæc autem gratia non ex dignitate pendet miniſtrorum, ſed ex mandato & ordinatione diuina. Id quod inter cætera manifeſtum eſt ex Paulo. Qui contrà ad Corinthios clamat, quòd æſtimarunt gratiam baptiſmi à miniſtris, dicentes: Ego ſum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, quaſi diuiſus eſſet Chriſtus, vel Paulus, vel Apollo pro illis crucifixi, aut in nomine Pauli, & non potius Chriſti baptizati eſſent. Cùm igitur à Chriſto non tantùm doctrina, verùm & opere, quaſi per manus tradita nobis eſt Eccleſiaſtica ordinatio, qui hanc contemnunt, neſcio cuius ordinatione poſsint habere verbi diuini, & ſacramentorum miniſtros. A catholica enim Eccleſia, in qua ſolum eſt hæc ſucceſsio, ſe ſegregarunt, Eò libertas iſta brutalis perduxit plurimos huius ſeculi doctores, vt rectam miniſtrorum vocationem & ordinationem à ſequacibus ſuis excluſerint, & alia plurima mala inuexerint. Ob quæ maxima ex parte talia perpeſsi ſunt, qualibus olim Iudæos afflictos Tobias teſtatur: Quoniã nõ obediuimus (inquit) præceptis tuis, ideò traditi ſumus in direptionẽ, & captiuitatẽ ad mortẽ, et in fabulam, et in improperiũ, omni-

Gratia non ex dignitate miniſtrorum pendet.

1. *Cor.* 1.

Iren. lib. 3. *cap.* 3.

Pœna Iudæorum.

Tob. 3.

omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. His calamitatibus etiam hisce temporibus videmus Iudæos premi. Neque tamē commouemur. Quin & Christianos. Quis enim nesciat Asiam, Africam, Græciam, (in quibus olim horrendæ hæreses & blasphemiæ fuerunt) nunc sub grauissimo Turcarum iugo gemere? Olim Iudæis terram promissionis ingressuris, expectauit Deus, vt iniquitates populorum illam inhabitantium complerentur. Non mirum est igitur, si nos multa perpetrantes, non mox puniat: præsertim cùm benignitate sua plærunque ad pœnitentiam inuitare soleat. Quòd si peccata peccatis cumulauerimus, verēdum est, ne, cùm ad mensuram soli Deo cognitam peruenerint, illa quæ gentibus à Iudæis pulsis acciderant, nos etiam cū summa calamitate nostra experiamur. Iudicium enim à domo Dei, dicente Petro, incipiendum est. Dederunt aliquando operam nostro seculo Christiani principes, vt hæc dissidia aliquo modo, sine offensione pietatis componerentur, indictis ob eam rem aliquoties conuentibus, in quibus à ternis vtrinque Theologis, Christianæ legis veritas indagabatur, alternis diebus illi dixerunt & responderunt, præsidentibus

Longanimitas Dei. Gen. 15.

Rom. 2.

1. Pet. 4.

Cōuent⁹ ob cōponenda dißidia Augustæ, ac deinde Ratisb. bonæ.

Iou. 2. tom.

bus quibuſdam ad id delectis, nihil tamen profuere. Doctores enim iſti, luce veritatis in arctum cõpulſi, illam ſimulare potius ſuperbè malebãt, quàm ingenuè confiteri. Quorũ etiam vela inexorabili peruicacia, & ferocis ingenij ſpiritu inflabant principes quidam, qui poſteà eius facti Deo pœnas lueruñt. Extant diſputationes doctiſsimorum virorum aduerſus hæc dogmata typis excuſæ: eas tamen iſti cæco errore obdurati, & longa impunitate corroborati negligunt, aliasque diſputationes de religione inſtituunt, an zelo religionis, neſcio. Et vt maximè religionis, videant, ne is zelo Iudæorum ſimilis ſit, de quibus Paulus: Zelum quidem Dei habẽt, ſed non ſecundũ ſcientiam. Quoniam autem illi optimè docent, qui cauſas rerum oſtendunt, proinde operæpretiũ erit, ſi paucis cauſas hæreſium enarrem. Harum (vt docti tradunt) ſunt præcipuè, partim error mentis, prauitasque iudicij: partim philautia, hoc eſt, amor ſui, omniũ malorum fons & origo, atque adeò vt Auguſtinus dicit, referente Alfonſo Viruesio, Babylonis ciuitatem & regnum diaboli conſtituens, quemadmodũ charitas, quod omnium parens ſit regnũ Chriſti efficit, de qua Paulus: Scietia inflat, cha-

Doctores & principes quidam nõ tantur.

Diſputationes quorundam.

Rom. 10. Zelus non ſecundum ſcientiam.

Cauſæ hæreſium.

Philautiæ.

1. Cor. 8.

charitas ædificat. Proinde Paulus in catalogo prædicto vitiorum quæ futura inter Christianos postremis temporibus vaticinatur, ab amore proprio ceu ab vniuersorum capite incipit et in amorem voluptatũ desinit, quas Ethnici philosophi escam malorum esse dixerunt. Qui enim amore sui plus æquo laborat, hic facilè alios contemnit, æmulatur, præ alijsque videri vult, atq; ita noua dogmata facilè spargit. Philautiæ subijcitur ea causa hæresium, quã D. Cyprianus martyr ponit: Neque aliunde (inquit) hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm inde, quòd sacerdoti Dei nõ obtemperatur. Nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotũ collegium quicquam mouere, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coëpiscoporum consensum iudicem se iam non Episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam hæresim cõderet. Nisi si ita est, aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, vt putet sine Dei iudicio fieri sacerdotem, cùm

Epistola. 3.

Causæ hæresiũ secundũ Cyprianũ martyrem.

cùm Dominus in Euangelio suo dicat: Nónne duo passeres asse væneunt, & neuter eorum cadit in terram sine voluntate patris vestri. Cùm ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna aut non sciente, aut non permittente Deo in Ecclesia Dei fieri? & sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinari? hoc est fidem non habere qua viuimus, hoc est, DEO honorem non dare, cuius nutu & arbitrio regi & gubernari omnia scimus & credimus, hæc ille. Quæ verba velim ab istis alta mente reponi. Videre est in arboribus, & his quibus anima vegetatiua inest, folia, frondes, truncum, radices, ad vnam radicem ferri: inter animantia rationis expertia, & ea quæ ratione prædita sunt, vnum solere præesse. In Ecclesia verò, in qua omnia honestè & secundum ordinem Paulus fieri vult, vnusquisque pro suo arbitrio viuet? Sed quis hic ordo erit? Quin & in veteri lege, rebus, de quibus iudicare minoris notæ iudices non possent, pontificem Deus præesse mandauerat, cuius imperio qui superbiens obedire nolebat, ex decreto iudicis moriebatur. Sed quid opus est verbis? cùm Christus id debe-

Matth.10.

Cyp.epi.9. lib.4.

Principatus vnus in triplici gradu viuentium

1.Cor.14.

Deuter.17

Authoritas pontificis in veteri lege

Christus in Ecclesia voluit vnum praesse.

debere fieri ostendit, cùm præsentibus cæteris Apostolis, Petro se claues regni cœlorum daturum pollicitus est, Ecclesiamque suam super illum ædificaturum. Prætereà cùm post resurrectionem suam illi gregem suum pascendũ commisit, per eũ quidem fuit authoritas prædicandi, baptizãdi, et absoluendi Petro cum cæteris Apostolis, penes vnum tamen erat principatus ad declarandam vnitatem Ecclesiæ, vt beatus Cyprianus docet. Quamuis autẽ Christum esse caput & fundamentum Ecclesiæ minimè negandum, iuxta illud Pauli: Fundamentum nemo potest aliud ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Item Christum Deus pater dedit caput supra omnem Ecclesiam. Tamen ob id non negandum est, Petrum fuisse caput Ecclesiæ ministeriale, vt vocant, supraq; eum ædificatam Ecclesiam, quatenus & ille in Christo fundatus & virtute eius solidatus est. Ita verba Christi, super Petrum scilicet ædificatam Ecclesiam, interpretatur Tertullianus, qui vicinus vixit Apostolorum temporibus, libro aduersus hæreticos: cum eo sentiunt Chrysost. homil. 55. in Matth. vbi idem nominat Petrum os Apostolorum, et verticem consortij totius:

Marci. 16.

Cyp. tra. 8. de sim. præ.

Solutio obiectionis.

1. Cor. 3.

Ephe. 4.

Petrus cap. Ecclesiæ.

Tertullian.

Chrysost.

Cypri-

Cyprianus martyr epistola 3. et in alijs locis: Orig. qui fundamentum Ecclesiæ Petrum vocat: D. Ambro. sermo. 47. de fide Petri. Qui etiam ait, Petrum primum fuisse inter Apostolos, cui Saluator delegauerat curam Ecclesiarum. Quod & ipse Petrus apertissimè de se testatur, cùm diceret: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire gentes verbum Euangelij. Eius principatus in actibus Apostolorum non pauca extant exẽpla. Quòd si Christus lux est mundi, vt ipse de se testatur, tamen Apostolos eo cognomine ipse dignatur: Vos (inquit) estis lux mundi: & quod tibi minùs conueniens videtur, Deum vnum esse, nemo est qui nesciat, nihilominus homines in scripturis dij appellantur. Ego dixi, dij estis: Quomodo igitur absurdum & impium esse dici poterit, sentire Petrum caput et fundamentum Ecclesiæ, maximè, si hoc intelligatur diuersa ratione, sicut & illa de Christo Apostolis, de Deo & hominibus? Si tibi fastu tumenti indignum videtur super Petrum ædificatam Ecclesiam, cur non eadem ratione & de clauibus regni cœlorum illi datis intelligis? quas tamen illi dandas Christus

Cyprianus.
Origines.
Ambrosius
Act. 15.
Vide testimonium.
Petri de seipso.
Ioan. 8.
Christus lux mũdi, Apostolos lucẽ mundi esse dixit.
Matth. 5.
Psal. 81.
Ioan. 10.
Si Petro cõcedis claues regni cœlorum, cur super illũ Ecclesiã ædificatam nõ fateris?

stus manifestissimè dicit. Cùm igitur in Ecclesia, vt ante ostẽdi, vnitas & ordo esse debet, ad eamq; requiritur præsidentia vnius superioris, quam ex veteri & nouo testamento esse ostendi: constat in Ecclesia vnum debere esse summum Episcopum, præsertim cùm scriptura, maximè noui Testamẽti ad hæc tempora etiam referatur, vt quod in capite præcessit, in mẽbris sequatur. Est autem is (loquantur isti quicquid velint, ingeminent cachinnos) Romanus pontifex successor B. Petri principis Apostolorum. Qua de re Irenæus auditor Polycarpi Ioan. Euangelistæ discipuli ad eum modum scriptum reliquit, de episcoporum ab apostolis successione scribens: Maximę & antiquissimæ & omnibus cognitæ, à gloriosissimis duobus Apostolis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem & annunciatam hominibus fidem per successiones Episcoporum peruenientem vsque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo vel per sui placentiam malã, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam scientiam præterquàm oportet colligunt. Ad hanc enim Ecclesiã propter potentiorem principalitatẽ necesse est

Rom. Põtifex successor beati Petri, quod probatur grauissimorũ et veteratissimorũ authorũ testimonijs Iren. lib. 3. ca. 3 contra hæreses.

Ecclesia Romana.

se est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndiq; conseruata ea quæ est ab Apostolis traditio, hæc ille. Cui & Tertullianus subscribit: Habes Romam (inquit) vnde nobis quoq; authoritas præsto est, fœlix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum sanguine suo profuderũt. Vbi Petrus Passioni dominicæ adæquatur. Cyprianus quoque martyr Romam matricem & radicem Catholicæ Ecclesiæ appellans, affirmans item Romani Episcopi locum, Petri locum esse. Nec dissentit ab his D. Hieronymus ad Damasum scribens: beatitudini tuæ, id est, cathedræ Petri communione consocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Istuc ipsum agnouit concilium Nicænum, in quo Arrius damnatus est. Florentinum item, cui interfuere etiam Græci, Armeni, Rutheni. Nec refert, quòd non omnes ei assenserunt. Nam & in concilio Nicæno decem & septem episcopi fuerant quibus Arrij fides magis placebat, extrinsecus scilicet creatum Dei filium, non ex ipsa patris deitate progenitũ. Habet autẽ Episcopus Romanus cum cæteris Episcopis parem potestatem ordinis (de qua paulò antè dixi)

Tertul. lib. aduersus hæreses.

Romana Ecclesia.

Cyp. lib. 4. epistola. 8.

Hieronymus.

Concilium Nicænũ & Florentinũ

Solutio obiectionis.

Arrij fides.

Qualis potestas episcopi Romani.

Iurisdictionis verò maiorem. Cumque singuli Episcopi sibi assignatos greges habeant, huic vniuersi sunt crediti : veluti cùm paterfamiliâs seruis quidpiam pluribus faciendum demandat, vni tamen ex eis potestatem dat, vt in alios inspiciens, ad suam functionem (si fortè cessent) eos reuocet, ac prospiciat, ne quid detrimenti patrifamiliâs eueniat . Ad eum modum dicta Hieronymi intelligenda sunt, pontificem scilicet Romanum, quo ad potestatem ordinis, esse parem, cùm diceret, Episcopum siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Alexandriæ, siue vbicunque existentem, eiusdem esse meriti, eiusdem sacerdotij. Alioqui ipse Hieronymus ad Damasum scribens ipse sibi contrarius esset. Porrò huius seculi homines plurimi non tam commutandarum rerum, quàm euertendarum cupidi , sapientes , sed (quod Paulus damnat) non ad sobrietatem, quasi ab illis (vt eiusdem Pauli verbis vtar) verbum Dei processisset, & in eos solos peruenisset, alieni à sapientia, quæ de sursum est, pacifica, tractabilis, bonis consentiens, vt D. Iacobus ait, eorum omnium obliti, episcopum hunc agnoscentes , eumq; ipsum execrantur, maledictis inçessunt, interdum

Exemplũ.

Hieron. ad Euag.

Expositio dictorum Hierony.

In eos qui execrantur Pontificem Romanũ.

Roma. 12.

Iacob. 3.

dum nec manibus quidem temperant. Quo quidem modo dupliciter peccant. Primum, quòd principi populi maledicunt. Id verò Deus fieri vetat. Diuum Paulum aliquando pœnituit, quòd principi sacerdotum impio, sacrilego & mandanti astantibus, vt Paulum percuterent, dixisset: Percutiet te Deus paries dealbate. Tu verò maiora his facere audebis? Michael archangelus, testante scriptura diuina, cum diabolo conuitijs digno de Moysis corpore altercans, non ausus illum blasphemare, tantùm dixit, Imperet tibi Deus. Isti verò homines authoritate ac dignitate valentes, legationeque, vt Paulus ait, pro CHRISTO fungentes, maledictis proscindunt, blasphemant, ad nomen denique eorum spuunt. CHRISTVS tempore passionis ante pontificem alapa accepta nihil contumelioſe dixit, sed innocentiam suam magis asseuerans & ostendens. Si malè (inquit) locutus sum, testimonium perhibe de malo: sin autem bene, quid me cædis? Tu verò homuncio diuersum facias? at CHRISTVS se tibi exemplum præbuit. Peccant deinde, quòd episcopos contra dispositionem & traditionem Euangelij habent. Nam vt beatus martyr Cy-

Duplex peccatū prosciendi tificem. *Exod. 22.* *Act. 23.* *Michaël Archangelus Iudas ap. in epistola. 2. Petr. 2.* *2. Cor. 5.* *Christus. Ioan. 18.* *2. Peccatū.*

Epist. 3. prianus ait: planè Episcopi non de voluntate Dei fiunt, qui extra Ecclesiam
Osee. 8. fiũt. Sicut ipse Dominus apud Oseam dicit, Sibimetipsi regem constituerunt, & non per me. Et iterum: Sacrificia eorum tanquàm panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur. Et per Esaiam Spiritussanctus clamat. Væ vobis filij desertores, dicit Dominus, habuistis consilium & non per me: & fecistis conuentionem, & non
Luc. 10. per spiritum meum. Sed & Christus in Euangelio non dissimilia his loquitur: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: qui me spernit, spernit eum qui misit me. Item il-
Matth. 18. lud sæpius repetitum, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Quid verò prædicta vitia committẽtes, nisi resipuerint, maneat, notum est ex sequentibus. Maledici
1. *Cor.* 6. (inquit Paulus) regnum Dei non possidebunt. Et Christus: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis.
Matth. 5. Quid quod Core, Dathan, Abirõ non
Num. 16. diuersam religionem ab alijs secuti, so-
Exemplum Core, Dathan. lummodò aduersum Moysen & Aaron superbientes, seque cum sequacibus à cæteris Iudæis segregantes, omnes à terra absorpti, descenderunt viui in infernum operti humo. Nec est cur

mores

mores episcoporum, si qui fortè sunt improbi, in medium proferant, cùm propter peccata populi, teste Iob, finit Dominus regnare hypocritam. Et apud Esaiam Deus ipse dicat: Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Neque ea quæ gerunt pro officio suo, pendent ex dignitate eorum, sed ordinatione diuina, vt antè ostensum est. Prophetauit Caiphas homo sacrilegus & scelestus, non ob aliud, nisi quòd esset pontifex anni illius. Et notum est illud Christi antè repetitum, Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, quæ ergo dicunt facite, quod autem faciunt nolite facere. Quanquàm nec pontifici aut cardinalibus credendum esset, si aliter nobis scripturas interpretarentur, atque ab Apostolis & apostolicis viris sunt olim expositæ. Proinde Augustinus monuit olim suos, ne hæreticis Donatistis crimina obijcerent, nisi quòd non essent Catholici, ne similes sint eis: qui (inquit) non habentes quod in causa suæ diuisionis defendant, hominum crimina colligere affectant. Vos autē (ait) non ita didicistis Christum, si tñ illū audistis, & in illo edocti estis, quippe qui fideles suos securos feciz, etiā de dispensatoribus malis, mala sua

Solutio obiectionis de moribus Episcoporū.

Iob.35.

Esaiæ.5.

Caiphas.

Ioan.11.

Matth.23.

Augu.epistola 137.

Nota præceptū Augustini.

facientibus, & bona eius loquentibus, cùm ait: Quæcunque vobis dixerint facite. Idemque (referente Alfonso Viruesio) Ecclesiam fecisse iudicat quicquid pontifices & Episcopi, cæteris Christianis non refragãtibus, faciunt.

Constitutio pontificia.

Donatistæ.

Et hinc assumit potissimum medium argumentationis contra Donatistas, qui Ecclesiam Christi de toto orbe vbi futura promissa est, perijsse affirmarunt, & in Africa Donati parte remansisse. Quod verò isti nescio quæ diplomata pontificis proferunt. Ego ista inscio etiam pontifice (vt fit) à stultis lucri gratia stulta petentibus dari credo. Veluti & alia quædam partim calumnia dici, partim etiam quæ his inepta videntur, ea à doctis aliter iudicari. Nec mirum. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum, vt Paulus ait. Cùm igitur hoc seculo (vt eò se referat vnde digressa est oratio) tanta & tam detestanda fiant, nemo opinor negauerit, maiora esse hæc vitia illis quæ prioribus seculi fuere. In his igitur nos quid inflati erimus? At hoc olim Paulus in Corinthijs damnauit. Quin potius eodem suadente luctum habeamus. Sed quæ lamentatio his calamitatibus digna esse possit? Qui fontes lachrymarum tantis malis sufficerint!

Refellũtur obiectiones quædam.

1. Cor. 3.

1. Cor. 5.

Quid agendum in tãtis vitijs.

Ita-

Itaque quod secundo loco propositum fuerat videamus, quid in tantis sceleribus, tamque diuersissimis dogmatibus homini agendum sequendumque sit. Quod vitia sceleraque attinet, nemo est adeo impudens atque impius, vt magis putet sibi consilium sequendum eorum, qui libertatem Euangelicam dant in occasionem carnis, quàm Christi, cui pater cœlitùs voce emissa dedit authoritatem docendorum hominum, cùm diceret: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est, ipsum audite. Introite per arctam portam (inquit ille) quoniam lata & spaciosa via, quę abducit in exitium, multique sunt qui ingrediuntur per illam, quoniam angusta est porta & stricta via, quæ abducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt illam. Pauli item doctoris gentiũ. Abijciamus (ait) opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus, non in commessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione, sed induamus Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne faciamus in desiderijs. Sicut exhibuimus membra nostra seruire immundiciæ & iniquitati, ita nunc exhibeamus

Altera pars orationis.

Christi præceptum sequendum.

Matth. 17.

Matth. 7.

Roma. 13.

Pauli præceptum.

Roma. 6.

membra nostra seruire in iustificationem. Stipendia enim peccati mors, gratia autem Dei vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. Cæterum inter tot religionis Christianæ dogmata, eademque diuersa, quę infirmioribus ancipitem cogitandi curam afferunt, ijsque animus illorum quasi distrahitur, quid sequendum est? Non desunt qui ad Dei verbum veluti ad sacram anchoram (quod aiunt) confugiendum censeant. Ego certè verbum Dei tanti facio, quanti & illi, illudque perinde atque illi credo mansurum in æternum. Cæterum vbi vnũ et idem verbum variè interpretantur multi, quid agendũ? quis erit iudex eius litis? vt verbi causa verbum Dei est, Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Hæc verba Christi quidam hoc modo intelligũt, vt substantia panis materialis & vini manerent in sacramẽto altaris, hoc est, vt simul sit veraciter panis & caro Christi vinum & sanguis, quæ opinio fuerat Viclefi, quam & recentiores sequuntur. Alij contrà asserũt, nõ esse verũ corpus Domini, sed signum corporis eius. Eius erroris author fuerat Berengarius anno ab hinc 516. quẽ postea reuocauerat. Hũc deinde errorem renouarũt recẽtiores, de qua re cùm aliquando

Quid sequẽdum in diuersis dogmatibus.

Opinio quorundam.

Exemplũ.

Luc. 22.

Diuersæ expositiones verbi Dei.

Viclefus.

Berẽgarius

do in conuentione Martburgẽsi disputarent viri octo à suis velut lumina habiti, post disputationem redditi incertiores, hæc inter cætera prodidere, vt refert Ioannes à Lasko in libello à se in lucem edito, vbi Germanicè & Latinè hæc verba habentur: Quanquam inter nos hactenus non planè potuit conuenire, num verum corpus & verus sanguis Christi pani & vino corporaliter insit, debebit tamen nihilominus vtraque pars altera erga alteram declarare Christianam charitatem, quatenus id omninò conscientia cuiusque ferre potest, & vtraque pars Deum Optimum Maximum diligenter precabitur, vt is per spiritum suum, verum eius rei intellectum cõstabilire dignetur. Vides ista lumina de vno & eodem verbo diuersa sentire, sic & alia plurima sacræ scripturæ loca variè ab illis exponi solent. Quo fit, vt verbo Dei, quod omnis controuersiæ iudicem faciunt, dignosci nõ possit, qui nam istorum veram habeant ecclesiam, vt si qui fortè sint quibus nostra displiceat, illis accedere possit. Nam de illius interpretatione est inter illos altercatio. Apud vtrosque autem, vel apud omnes (in plurimas enim sectas distrahuntur) simul Ecclesiam esse impossibile est, quippe

Conuentio Martburgẽsis, in qua disputatum de religione.

Nota verba Doctorum.

Hæretici verbo Dei, quod diuerse interpretantur, non possunt õstẽdere Ecclesiam.

quæ vna sit. Illi autem alteri ab alteris non modo pro hæreticis, verùm pro furiosis, & rursus alij ab alijs pro idololatris vicissim habentur, omnes tamen iactant Euangelium, eo insiliant sibimet & nobis. Quo quidem morbo, vt antè dictum est, laborabant semper hæretici. Qui etiam morbus Arrianorum tempore, totum ferè orbem infecerat. Videre igitur licet ex hoc euidentissimo exemplo, in varijs dogmatibus non satis esse solùm ad scripturam diuinam recurrere. Quid igitur faciendum? hærendum in ambiguo? at istud non est credere, sed diffidere, idque non sine maximo malo, damnatione scilicet æterna. Quorsum igitur, aut quousque progredietur tam perplexa contentio? Catholici & Orthodoxi nullum aliud perfugium in dirimendis litibus de negotio religionis agnoscunt, quàm Ecclesiam Catholicam, quæ nobis etiam diuinam scripturam tradidit, eiusque intelligendæ lumen habet, vt Deus apertè apud Esaiam testatur: Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus, spiritus meus, qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit Dominus, amodò in sempiternũ. Quomodo enim verè dici possit

Morbus hæreticorum.

Tertull. de præs. aduersus hæret.

Ad Ecclesiã catholicã cõfugiendum in dubijs.

Esaiæ. 59.

1. Tim. 3.

sit Ecclesia columna & firmamentum veritatis, si in controuersia, & dissensione dogmatum vacillaret, nesciens, quid esset & fugiendum aut acceptandum? Quorsum enim illi promissus fuisset Spiritussanctus? Filius item Dei dixisset, se permansurum cum ea ad cõsummationem seculi. Qua de re ante à nobis dictum est. Quæ per Deum lex aut secta leuior esset Christianorum lege, si cuiuis liceat impunè proprio illam accõmodare sensui, & quicquid sibi visum fuerit, non de Spiritussancti (qui nemini vnquam post Apostolos priuato homini promissus est) arcano thesauro, sed de proprij cordis abysso, velut oraculum proferre? Ad quid dixisset Christus? Si Ecclesiam nõ audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Et Paulus: Denunciamus vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis: & alia his similia. Cur Apostoli (vt est in Actibus Apostolicis) in vnum collecti de rebus constituẽdis consultarũt. Quod si in quæstionibus religionis vnius, & non Ecclesiæ Catholicæ iudicio standum esset, hac ratione certè non improban-

Ecclesia firmamentũ veritatis.

Ioan.14.
Matth.vl.

Matth.18.
2.Thess.3.

Act.1.6.15
21.26.

Errores quã rundam.

dus esset error Arrij, Christū esse creaturam asserentis, quod damnauit Concilium Nicænum: Macedonij negantis, Spiritumsanctum esse Deum, cuius dogma in Concilio primo Constantinopolitano confutatum est: Nestorij quoque hæresis affirmantis in Christo duas personas, in Concilio Ephesino damnata. At pars non est totum. Præterea illi credere, qui nemini præter se credit, quo iure tenetur orbis. Authoritatem Ecclesiæ Catholicæ in dubijs religionis Christianæ sequendam & isti fatentur, toties Concilium inclamantes. Quamuis interim sibi non constantes, constanter contra Concilia faciant. Quamobrem temporibus nostris principe quodam à doctoribus quibusdā poscēte, vt de scriptis doctoris sui, (in cui⁹ille verba ferè iurarat) iudicium ferrent (nam ab alijs improbatum fuerat) synodiceq; constituerent, quid ea in re tenendum sit, negarunt illi se facturos, nisi priùs docti ex toto orbe Christiano conuenirent, ne eo pacto factum illorum in malū exemplum traheretur, quò vnusquisque pro arbitrio suo dogmata in religione confingeret. Eius rei (ne scilicet ab Ecclesia catholica deficiant) admonentur Christiani templis ad formam corporis humani,

Concilium inclamantes.

De principe quodam.

Forma templorum.

mani extructis, in quibus cernere est, quasdã partes angustiores, caput: quasdã ité latiores, humeros, & reliquum corpus referentes. Nimirũ vt credant fideles se esse membra corporis mystici vnius, quæ est Ecclesia, hoc est cœtus fideliũ, cuius caput est Christus. Ea reigitur, vbi mortem oppetierint, in cæmiterijs ad templa corpora illorum sepeliuntur. Sed quanam ratione ille membrum corporis mystici censendus est, qui ab ea seipsum subducit? diuersumque ab ea credit? Iam cùm in symbolo profitemur nos Ecclesiam catholicam credere, an non eius authoritatem sequi velle nos, fatemur? alioqui quomodo crederetur illud, cuius authoritas negligitur. In tanta igitur assertionum varietate, ad Ecclesiã catholicam confugiendum est, quæ iudex est omnium contentionũ: hæc hæresibus cunctis processu temporũ euanescentibus, inter hæreticorũ turbines & malorum Christianorũ alluuiones permanet, & in æternũ permanebit, vtpotè aduersus quam neutra inferorum porta nec erroris, nec iniquitatis prævalere potest. Qua de re Tertullianus vicinus temporibus Apostolorum ad eum modũ inter cætera scriptum reliquit in libro de præscriptionibus aduersus hæreticos.

Ephe. 4.

1. Cor. 10.

Ecclesia Catholica.

Tertull.

Con-

Tertulliani verba expende.

Constat omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesijs apostolicis, matricibus & originalibus fidei conspiret, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesiæ ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo susceperit, reliquam verò omnem doctrinã de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum & Apostolorum & Christi & Dei, hæc ille. Qui etiam ibidem affirmat, veritatem dogmatum manifestari ex origine Ecclesiarum, & ordine Episcoporum, ita per successiones decurrente, vt primus ille Episcopus aliquo modo ex Apostolis vel apostolicis viris, qui tamen cum Apostolis perseuerauerit, habuerit authorem vel antecessorem, quod apud hæreticos non est. Huic subscribit Irenæus in loco paulò antè citato, & cap. 4. lib. 3. aduersus hæreses: Quæ autem (inquit) sunt Ecclesiæ, cum magna diligentia diligere & apprehendere veritatis traditionem. Quid enim etsi de aliqua modica quæstione disceptatio esset, nónne oporteret in antiquissimas recurrere Ecclesias, in quibus Apostoli conuersati sunt, & ab eis de præsenti quæstione sumere, quod certum & reliquidum est? Quid autem, si neque Apostoli quidem scripturas reli

Idem li. 4. c. 43. et 63. Nota verba Irenæi.

quis-

quissent nobis, nónne oportebat ordinem sequi traditionis, quam tradiderunt ijs, quibus committebant Ecclesias? cui ordinationi assentiunt multæ gentes barbarorum eorũ, qui in Christum credant, sine atramento scriptum habentes per spiritum in cordibus suis salutem, & veterem traditionem diligenter custodientes. Hæc ille scriptor vetustissimus, qui cap. 3. lib 3. dicit, se Polycarpum auditorem beati Ioannis Euangelistæ vidisse. Nec dissentit ab ijs D. Augustinus: Palàm (inquit) est, quòd in re dubia ad finem & certitudinem valeat authoritas Ecclesiæ, quæ ab ipsis fundatissimis Apostolorum sedibus vsque in hodiernum diem durans, succedentium sibi tot Episcoporum serie, & populorum consensione firmatur. Huc pertinet illud symboli in Concilio Constantinopolitano, contra Macedoniũ congregato editi: Credimus Ecclesiam apostolicam & Catholicam, &c. Apostolica siquidem dicitur Ecclesia, quòd Spiritussanctus remittens peccata, nõ alibi residet, quàm apud Ecclesiam apostolicam, ab Apostolis per successiones cõtinuatas procedentem, quibus Apostolis dictum est, Accipite Spiritumsanctũ, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.

Aug. contra Man.

Symbolum Constantinopolitanũ contra Macedonium.

Apostolicæ Ecclesia.

Ioan. 20.

Ca-

Catholica Ecclesia.

Catholica, id est, vniuersalis, hoc est, per omnia loca & tempora diffusa, & per Apostolos eorumque successores continuata vsque ad nos, propagataq; vsque ad fines terræ, iuxta illud: Eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Hanc igitur Ecclesiā qui credit, iudicium in dubijs ab ea expetet, consilium prædictum grauissimorum & vetustissimorū virorum secutus. Quod aliquando Theodosius Cæsar fecisse legitur. Cùm enim vidisset animos hominum in varias partes hæreticorū dogmatibus distrahi, huic malo occurrere volens, in animū induxit, vt cum hæreticis disceptatio institueretur, quod consilium Agelio Episcopo communicauit, qui etsi alioqui bonus fuerat, rationem tamē ex scripturis reddere non valebat. Itaq; Sisinnium lectorem suum per se locuturum constituerat. Is id consilij dedit, hæreticos scilicet de antiquis Ecclesiæ doctoribus interrogandos, vt si eos non acceptarent, anathematizare auderent, quod durum videbatur: quòd si hoc non facerent, à populo pellerentur: qua examinatione facta Theodosius hæreticos expulit, solosque orthodoxos fouit. Sed de authoritate & consuetudine Ecclesiæ maiorum-

Act. 1.

Factum Theodosij Cæsaris.

Lib. 9. tri. hist. cap. 18

Agelius Episcopus.

Consilium Sisinnij.

sorumque legibus recentiorum quorundam, eorumque doctissimorũ sententiam proferam, vt sciatur quid in varietate sequendum sit. Ego verò (inquit Alfonsus Viruesius Episcopus Canarien. de varietate assertionum differens) de his omnibus ita iudico, vt quæ ab vniuersali Ecclesia perpetuò sunt credita, & obseruata, ea tanquam oracula diuina religiosè suscipiam, & vniuersis hæreticorum dogmatibus præferam. Nihil enim aliud, quàm hæretici mihi sunt, quicunque aduersus hæc scribunt, aut docent. De consuetudine Ecclesiæ quanti illam fecerit Diuus Paulus, nos paulò antè diximus. Quæ verò (inquit idem) nouis sunt inter Christianos traditionibus exorta, ita vt nullo modo in sacris literis anteà fuerint, illa si conciliorum aut pontificum sint decreta, vt leges & placita Christiana reipublicæ perquàm vtilia venerabundus suscipiam. Quoties autem de diuinis aut humanis hisce legibus alicubi fortassis ambigitur, optima mihi legum interpres est Christiani populi generatim recepta consuetudo. Nam cæteræ omnes interpretationes, quas hæretici hactenus attulerunt, velut humana figmenta, & carnis tantùm prudentiæ innitentes marce-

Recentiorũ eorumq; doctissimorũ consilium. Alfonsus Phil. 1.

D. Paulus quãti fecerit cõsuetudinẽ Ecclesiæ, antè dictum est.

Consuetudo populi Christiani.

Interpretationes hæreticorum.

Esa. 40. marcescunt & emoriũtur. Omnis nam que caro fœnum, & quod natum est ex carne, caro est, cæcidit fœnum, & quotidie cadit, quod etsi diu aliquoties durare videatur, tandem arescet. Verbum autem Domini manet in æternum. Cui verbo quantumuis illud sibi omnes hæretici arrogent, sola Ecclesia Catholica innititur. Huius rei signum est haud obscurum, quòd hæresibus cunctis processu temporum euanescentibus, sola Ecclesia Catholica inter hæreticorum turbines, et malorum Christianorum, quibus vterque ordo satis abundat, alluuiones, permanet & in æternum permanebit, vtpote aduersus quam neutra inferorum porta nec erroris nec iniquitatis præualere potest.

Sola Ecclesia Catholica verbo Dei innititur verè.

Sentẽtia de Doctoribus sine offensione fidei inter se cõtendentibus.

De opinionib⁹ verò quę inter orthodoxos sine fidei offensione quotidie oriuntur hæc dicit: Horum omnia, in quibus doctores sibi mutuò aduersantur, priuata mihi videntur & phantastica, vtrorumque frequenter commenta, semper tamen alterorum. Quorum fortasse requiras illorum scilicet, qui magis à veterum doctrinis & traditionibus distant. Nam (mea quidem sententia) ea tantùm ad intellectualem sapientiam pertinent, aut propiùs accedunt, in quibus neotericis inuicem &

cum

cum veteribus conuenit. Hæc ille adijciens pluribus verbis antiquos sanctos variasse interdum sententijs, contendisse verò penè nunquam. Erasmus verò Roterodamus in quadam epistola, & dialogo sic loquitur: Pugnēt qui volent, ego censeo leges maiorum reuerenter suscipiendas, & obseruandas religiosè, velut à Deo profectas, nec esse tutum, nec esse pium de potestate publica siniſtram ferere aut concipere suspicionem: & si quid est tyrannidis, quod tamē non cogat ad impietatem, satius est ferre, quàm seditiosè reluctari: hæc ille. Quod verò isti queruntur, traditiones humanas suscitari, cùm omnes aboleuerit gratia Christi. Respondet Alfonsus: duplici causa (inquit) CHRISTVS abstulit iugum legis, quarum neutra cogit, vt nobis auferantur: Primò (vt prætermittā mysticas illas significationes, quę Christo aduenientę cessarunt) veteres Hebræorum ritus Deus ipse tradiderat, qui pondus quoddam diuinæ seueritatis præ se ferebant, atque adeò spiritum timoris potius quàm amoris gignebant affectum. Graue enim erat, & cui tolerando impares essent humanæ vires, illud subinde repetitum, Ego Dominus, hæc dicit Dominus, & similia.

Eraſ. Rote. ſententia.

Solutio obiectionis de traditionibus.

Alf. phil. 14

Legis iugū duplici cauſa Chriſtus abſtulit.

Noſtros

Ritus Christianæ Ecclesiæ.

Nostros verò ritus Christus ipse tametsi verus homo non edidit, tantùm tradidit authoritatem Ecclesiæ, vt ipsa sibi præscriberet ritus, quibus pietatem præstaret & religionem, qui ab hominibus instituti humanæ imbecillitatis rationem in primis haberẽt, vt habent, essentque humana prouidentia & authoritate mutabiles. Præterea veteris legis traditiones obsitæ erant præceptis & interminationibus, terribilesque contestationes sæpius obtundebant, nisi mordicus seruarentur: nostræ verò traditiones nihil capitalis periculi afferunt transgressoribus, modò absit animus impius aut contemnens. In hac enim sententia sum, quamdiu Ecclesia non improbatur, cuius interim authores habeo grauissimos atque doctissimos: hæc ille. Qui humanas traditiones duplices esse ait: alteræ, quæ nihil nouum inducant, sed tãtùm præscribunt tempus, locum & modum, quorum quædam pietatis & religionis opera à CHRISTO probata & instituta, aut si mauultis præcepta commodè & oportunè fiant. Alteræ verò, quæ nouum aliquem cultum aut ritum aliâs non præscriptum inducunt. Prioris generis exempla sunt ieiunium, preces, eleemosynæ, &cæ. Posterio-

Traditiones Ecclesiæ nõ afferũt capitale periculũ trãgressoribus, si absit animus impius

Humanæ traditiones duplices.

sterioris, vestitus varietas, qua aliter clerici simplices, aliter episcopi, aliter monachi, aliter seculares induuntur. Item varij ritus sacrorum, quibus aliter quadragesimæ tempore, aliter resurrectionis, aliter festis, aliter profestis diebus celebratur. Hæc ille, & plura de traditionibus. Quam materiam latissimè tractauit Martinus Peresius Guidixiensium episcopus vir pius & doctus. Sed his absolutis signa Ecclesiæ veræ expendamus, nam hodie vbinã sit, à multis dubitatur. Ecclesiæ veræ signa in vniuersum sunt quatuor: vnum, doctrina sana verbi diuini, iuxta illud Christi, Oues meæ vocem meam audiunt. Iudicium autem doctrinæ sanæ, & interpretandi verbi diuini esse penes Ecclesiam, paulò antè ostẽsum est. Alterum signum, rectus Sacramentorum vsus, de quibus in Scopo Biblico nostro disseruimus. Prædictis duobus signis Ecclesia Christianorũ distinguitur maximè à cœtibus Ethnicorum, et Iudæorum, quorũ vtrique & sana doctrina & sacramentis noui testamenti carent. Tertium signum, est vnitas quę vinculo charitatis & pacis continetur, ac mẽbra Ecclesiæ conglutinat, vt non solũ quod perpetuus sanctorũ cõsensus ab Apostolis vsq; ad nos recepit, & appro-

Martinus Peresius de traditionibus.

Signa Ecclesiæ veræ

1

Ioan. 10.

2

3

approbauit, idem sentiant, sed etiam
1. Cor. 1. idem loquantur, monente Apostolo: Obsecro vos per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodē sensu, & in eadem
Ephe. 4. sententia. Et alibi. Vnum corpus, vnus spiritus, vnus Dominus, vna fides. Et charitatem Christus suorum discipulorum signū esse dixit:
Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si charitatem habueritis inter vos. Quartum signum Ecclesiæ veræ est, quod sit Catholica, hoc est, vniuersalis, quæ vniuersalitas referenda est ad tempora & loca. Tempora quidem, quia ex omnibus ætatibus mundi Ecclesia congregatur. Nouerant enim Sancti ab orbe condito CHRISTVM venturum, & regnum diaboli destructurum. Quod verò attinet locorum vniuersitatē, manifestum est, Ecclesiā per
Psal. 2. omnia loca diffusam ex illo Psalmographi, Postula à me, & dabo tibi hæreditatē tuā, & possessionem tuam terminos terræ: & ex illo suprà citato, Eritis
Act. 1. mihi testes vsque ad vltimum terræ. Hæc posteriora duo signa distinguunt Ecclesiam Christianam veram à schismaticorum & hæreticorum gregibus, qui vinculum pacis rumpunt, & à Catholica

tholica vnione seipsos in perniciem suam diuellunt, dum partem toti atq; vniuersæ Ecclesiæ anteferunt: quales inter cæteros fuere Donatistæ, de quibus antè dictum est: & alij permulti. Ineptissimum igitur est, de Ecclesia dubitare, quænam, aut vbi sit. Ea enim quæ sectis, hæresibus suborientibus, & intercedentibus ab ipso Christi tempore, et ab orbis initio vsque ad nostra, palam & in aperto perseuerat. Est enim ciuitas super montem posita. Lucerna non sub modio latitans, vt quidam fingunt, quo nō fit cuius iudicio damnentur, sed super candelabrum accensa, vt & dignosci possit ab omnibus, & ijs qui ad illam accesserunt lucere. Huius est, vt ait Paulus, captiuare omnem intellectum in obsequium CHRISTI. Qui à Christo capite orta, & in Apostolis ac martyribus propagata, per varios gradus Christianorum eandem fidem profitentium, & obedientiā pontificibus, & cæteris hierarchis præstantium, hucusque perseuerat. Ab hac non est cur quispiam propter malos se segreget, cùm in Ecclesia militante vsque ad finem seculi boni cum malis futuri. Quod CHRISTVS indicat, Ecclesiam comparans decem virginibus, quinque prudentibus, & quinque fatuis.

Donatistæ. Alf. Ver. Ecclesia quæ.

Matth. 5. Quare recē tiores dicāt inuisibilem Ecclesiam.

1. Cor. 10.

Solutio obiectionis eorū qui propter malos ab Ecclesia se segregāt.

Matth. 25. Matth. 13. tuis. Sagenæ missæ in mare, ex omni genere piscium congreganti, tritico seminato in agro, inter quod succreuerant zizania. Interest tamen. Nam boni in Ecclesia ita esse existimandi sunt, vt ipsi sint domus Dei seu viua membra corporis mystici, qui quidē soli Deo noti sunt, iuxta illud Pauli, Nouit Dominus, qui sunt eius. Mali verò per quandam colligationem professionis ac exterioris participationis sacramentorū, non secùs ac palea in tritico, vel sicut quædam membra putrida languidáve in corpore humano, hi quamdiu non excommunicentur, sunt eo modo in Ecclesia: vt liquet ex Pauli epistola ad Corinth. 1. cap. 5. Sed de Ecclesia latiùs in Scopo nostro biblico scripsimus.

Boni et mali Christiani quomodo sunt in Ecclesia.

2. Timo. 2.

Verba Christi de sacramento corporis eius examinantur.

Nunc ad exemplum de corpore Christi antè propositum reuertamur, illudque iuxta præcepta prædicta examinemus, catholicæ Ecclesiæ iudicium requirentes, idque paucis, neque enim hanc materiam latè tractandam nunc instituimus, solùm gratia declarandorum dictorum exempli causa protulimus. Breue enim est iter docēdi per exempla, & efficax. Ecclesia catholica diuinitus edocta religionis Christianæ materiam seu obiectū (quod est Deus operaq; eius) tale esse scit, vt nullus creatus

Materia religiōis Christianæ qua.

tus intellectus illud perueſtigare poterit, cuius rei inter cæteros Diuus Paulus eſt teſtis. Qui quamuis tertij cœli myſteria cognouerat, tamen de rebus quibuſdam quaſi ſtupefactus in hæc verba prorupit: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inperueſtigabiles vitæ eius. Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Idemque dixit, fidem eſſe argumentum non apparentium, quòd ſcilicet in religione Chriſtiana non requiruntur argumenta, hoc eſt, rationes facientes fidem rei dubiæ, ſicut in rebus humanis & naturalibus, ſed fides ipſa, quæ in diuinis vicem argumentorum obit, vt ſcilicet quemadmodum illa indubitata habentur, quæ argumentis firmis comprobantur: ita certiſsima exiſtimãda ſunt, quæ fide apprehenduntur. Et veluti in rebus naturalibus argumenta ſequitur agnitio, ita in diuinis fidem, dicente Eſaia: Niſi crediderit is, non intelligetis: proinde captiuans intellectum in obſequium CHRISTI, vt Paulus docet, comprobauit verũ Chriſti corpus, & ſanguinem in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter contineri, tranſſubſtantia-

Rom. 11.

Hebr. 11.

Cur fides nominetur argumentũ à Paulo.

1. Cor. 10.

Sententia catholicæ Eccleſiæ de corpore Chriſti

tiatis pane in corpus, & vino in sanguinem, vt scilicet sint accidentia tantùm panis, sapor, albedo, &cæ. non tamen ipse panis: idq; anno ab hinc. 341. in concilio magno Laterano, cui interfuere Hierosolymitanus et Cõstantinopolitanus Patriarcha, Metropolitani 70. Episcopi 400. Græci & Romani imperij legati, Regum verò Hierusalem, Franciæ, Hispaniæ, Angliæ, & Cypri oratores. Id autem factum propterea, quòd id in dubium vocabatur ab aliquibus, nõ quòd ante concilium illud, panis non trãsformaretur in corpus Christi & vinum in sanguinẽ. Veluti filius ab æterno fuit homousios, id est, consubstantialis patri, tamen cum Arrius contrarium affirmaret, filium Dei extrinsecus creatum, concilij Nicænum decreuit, filium Dei esse homousion, id est, consubstantialem, hoc est, ex ipsa deitate patris, non aliundè progenitum. Pari ratione & de transubstantiatione sentiendum est, quam ante concilij Lateranum Ecclesia credidit. Iam inde ab Apostolis edocta, vt liquet ex authoribus grauissimis, et maximè pijs. Quorum testimonia collecta extant in locis communibus apud Hofmeisterum, & Martinum Peresium, ex quibus hic breuitati studẽs, pau-

Concilij Lateranũ œcumenicum.

Sentẽtia Nicæni cõcilij

pauca proferam. Cyprianus martyr. 3. Epist. lib. 2. Calicem Dominus obtulit (inquit) & vinum fuisse, quod sanguinem suum dixit, vbi transsubstantiationem notat in eo, quod dicit vinum fuisse. Ambrosius de Sacramētis, quem librum esse Ambrosij Augustinus agnoscit: Panis est (inquit) vsitatus ante verba, vbi accessit consecratio, de pane fit caro Christi. Theophylactus in Matthæū, Ineffabili operatione transformatur, etiamsi nobis videtur panis. Et in Marcum, Deus infirmitati nostræ condescendens, speciem panis & vini seruat, in virtutem autem carnis & sanguinis transelementat. Neque solum veteres Christiani id crediderunt, sed etiam adorarunt exemplo Magorum, mulieris Cananeæ, cæci nati, aliorumque, quos CHRISTVS minimè vituperauit ob honorem sibi exhibitum. Qui etiam de seipso dixerat: Omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. De qua adoratione est illud Augustini de carne CHRISTI, dicentis: Nemo illam manducat, nisi adorauerit: cui non omninò dissimile illud Pauli: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat

Cyprian. Testimonia authorū ve tustißimorum de corpore Christi

Ambrosius

Theophyl.

Matth. 2.

Matth. 15.

Ioan. 9.

Ioan. 5.

In Psal. 98

1. Cor. 11.

cat & bibit, non dijudicans corpus Domini, hoc est, expositore Photio, non dijudicans corpus Domini, sed eo tanquam promiscuo & indifferente cibo vtens, atque ita ad ipsum accedens. Neque enim humanitas à diuinitate separatur, neque corpus mortuum accipitur. Cùm CHRISTVS resurgēs ex mortuis, iam non moritur. Vnde & ipse CHRISTVS apud Ioānem: Qui manducat me, & ipse viuet propter me. Quòd si id tibi impossibile videtur, quòd in cœlos ascenderit, vide ne omnipotentiæ Dei derōges, apud quem non erit impossibile omne verbum, dicente Angelo. Præterea, ne in ratiocinationib⁹ tuis euanescas, quas etiam religio Christiana (vt paulò antè ostendi) respuit. Postremò, ne (vt ait Paulus) in lapidem offensionis impingas, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidē offensionis, & petram scandali, & omnis qui credit in eum, non confundetur. Impossibile videbatur, si rationem humanā spectes, vt is quem viderant Apostoli integrū, daret se ipsum manducandum duodecim Apostolis, erat tamen verum (id quod ex verbis Christi credit Ecclesia catholica) Hoc est (inquit Christus, quasi digito demonstrans) corpus meum, quod pro vobis

Romān. 6.

Ioan. 6.

Solutio obiectionis.

Lucæ. 1.

Aptè dictio Roman. 9.

Esaiæ. 28.

Solutio per instantiam

vobis tradetur. Nō dicit hic panis, neque panis pro vobis traditus: quomodo igitur & nūc etiam, quamuis in cœlos ascenderit, id facere non potest, alioquin nisi vt verba sonant accipienda essent, Christus ipse non tacuisset tantum mysterium, neque Apostoli. Illud autem maximè mirandum in pluribus huius seculi hominibus, qui licet credant verum Christi corpus esse, non tamen adorant, negantes ea de re præceptum extare. Paratiores isti volunt esse in cultu Dei quā hominū. Cùm enim Imperatorem aut regem, seu quempiam alium vident, licet in habitu dissimulato: reuerentur tamen, neque nouo ad hoc opus habent præcepto, sed satis est, quòd illis non prohibeatur reuerentia. Dauid olim arcæ reuerentiam exhibendam præcepit, ex qua à Deo oracula dabātur: Adorate (inquit) scabellum pedū eius, quoniā sanctum est. Tu verò Deum verum non adorabis? atqui scriptum est: Dominū Deum tuū adorabis. Qui autē honor debetur patri, is filio, vt ꝓximè ostēsum est. Isti sanè haud dissimiles videntur seruo illi ridiculo, qui Dño eiꝰ in luto hęrēte, seruumq; inclamāte, vt manu porrecta illi auxiliū ferret, ille operiri iussit, donec indicē inspiceret, an, si fortè Dominus

Notatur quorundā stultitia.

Psal. 98.

Deutero. 6.

Matth. 4.

Ridiculus seruus.

in cœnum prouolueretur, illi extrahendus esset. Ita enim inter illum & Dominum conuenerat, vt ea tantùm faceret, quæ in indice haberentur descripta. Sed hactenus ostendimus, quid Ecclesia catholica de Christi corpore sentiat, quæ quidē materia planiùs est ab alijs tractata. Cùm igitur ex præcedentibus manifestum sit, in examinandis quæstionibus religionis, ad Ecclesiam catholicam recurrendum esse: videāt isti, quàm rectè faciant, qui Ecclesiæ authoritate eneruata, noua sibimet dogmata, nouas constitutiones comminiscuntur, & constituunt, præsertim ab Ecclesia catholica dissidentes. Sed hactenus de his, quæ à me præposita fuerunt, dictum esto: supereſt, vt vos omnes pro pietate Christiana, meaque in vos animi promptitudine cohorter, non vt nescios doceam, aut quasi oscitantes excitem, sed vt vltrò currentibus calcar adderem, quò curratis alacriùs, vobisque negotijs Reipublicæ occupatis in mentem ea reuocem. Subeant vobis in mentem (obsecro per IESVM CHRISTVM) dicta, quibus apud Esaiam Dominus Iudæos alloquitur: Lauamini & mundi estote, auferte mala cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruersè, discite bene

Notantur quidam.

Epilogus ad Hungaros.

Esaiæ. 3. Verba Dei quib⁹ olim allocutus est Iudæos.

benè facere, querite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Non est (inquit idem) abbreuiata manus Domini, vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius, vt non exaudiat. Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis ne exaudiret: Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate, labia vestra locuta sunt mendaciũ, et lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè, sed cõfiduntinnihili, pedes eorum ad malum currunt & festinant, vt effundant innocentem sanguinem, cogitationes eorum cogitationes inutiles, vastitas & contritio in vijs eorũ, vias pacis nescierunt. Propter hoc (ait Dominus) elongatum est iudicium à vobis, & non apprehendet vos iustitia, expectauimus lucem, & ecce tenebræ, splendorem, & in tenebris ambulauimus, palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus meridie quasi in tenebris, rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. Expectauimus iudicium, & non est, salutem, & elongata est à nobis. Multiplicatæ

Esaiæ.59.

Esaiæ.30.

sunt enim iniquitates nostræ, vos depasti estis vineam meam, & rapina pauperis domò vestra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Væ qui prædaris, nónne & ipse præliberis? & qui spernis, nónne & ipse sperneris? Cùm consummaueris deprædationem, deprædaberis. Ostendam vobis (inquit) quid ego faciam vineæ meæ, auferam sepem eius, & erit in direptionem. Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam. Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo: propter hoc sicut deuorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet: abiecerunt enim legem Domini exercituum & eloquium sancti blasphemarunt. His verbis vos commoti, ad honestissima quæque & vtilissima consilia animum adijciatis. Ne patiamini obsecro vos quouis vento doctrinæ circumferri, in nequitia hominum. Illud sibi maximè persuasum habentes, non vnius cuiusuis aut priuatorum paucorum: verùm Ecclesiæ, quam vos credere profitemini, iudicio standum esse. Seruate fidem senes, quã adolescentes inueniistis, quàm à maiori-

Esaiæ. 33.

Esaiæ. 5.

Adaptatio verborum Dei. Ephes. 4.

Non quouis vẽto doctrinæ circumferendus homo.

ioribus vestris vnà cum professionibus accepistis, in qua quosdam etiam ex genere vestro, Deo placuisse certissima indicia extant. Quod tamen idololatris, vt isti vocant, neutiquam euenisset, cùm sine fide placere Deo impossibile sit. Et vt donetur quædam recentia veteribus esse vtiliora Ecclesiæ: certè necessaria esse non possunt, alioqui maiores nostri, qui huiusmodi dogmata nescierunt, haud habuissent Ecclesiam. Etenim Ecclesia minimè vocanda erat illa, cui aliquid tanto tempore defuit ad salutẽ, nec si tantillo quidem defuisset. Moueamini vel exemplo Sceuanorum populorum Africæ, quorum maiores sacris initiati fuerant, docentibus Bartholomæo Apostolo, & Philippo diacono. Apud hos enim temerè desciscentes à religione, totius concursu multitudinis, lapidibus obruuntur. Semel verò susceptæ religionis ritus, præceptaque temerè transgressos, & de Deo diuisque eius impiè loquentes, in foro viuos comburunt. Ne excidat vobis factum Francisci Regis Galliæ Christianissimi, qui, cùm secta sacramentariorum pullulare inceperat, sparsis passim libellis famosis, quibus sacrosanctæ Eucharistiæ honor, & reuerentia eleuaretur,

Hebræ. 11.
Solutio obiectionis.

Iouius l. 18. Tom. 1.
Exemplum Sceuanorũ populi Africæ.

Factum Regis Galliæ memorãdũ.

Appendix Chro. Car.

vehementer commotus, quanta maxima potuit religione, atque cæremonia, indictis solennibus supplicationibus, scelus hoc expiauit, pedes ipse aperto capite, piaculare faciem ardentem gestans, pone sequentibus regina, liberisque, & aulæ primoribus omniq; populo. Qui & concione pomeridiana omnes ad exterminandam eam hæresim nulla ratione, aut generis, aut amicitiæ habita, hortatus est: testatus etiam, se vel suum etiam brachium recisurum, si ea occasione infectum putaret, sontes deprehensos viuos exuri iussit. Agnoscite summum Ecclesiæ pastorem, quem Imperator Christianus cum Regibus cæterisque principibus Christianis agnoscunt, Christianoque more venerantur. Id quod & omnes Reges vestri hactenus fecerunt, à quo etiam corona regni, et potestate crucis, regibus vestris præferendæ honestati sunt. Terreamini exemplo Sedeciæ regis Iuda, qui cùm verbũ Dei neglexisset, Ieremiæque prophetiam contempsisset, à Nabuchodonosore rege Babyloniorum captus, in conspectu suo filios trucidari vidit, ipsi autẽ eruti sunt oculi, Hierosolyma funditus euersa, templum Dei iussu erectum, destructũ est, selectissima pars Iudaici populi in

Ecclesiæsũmus pastor

Horrẽdum exemplũ Sedeciæ regis Iuda.

in captiuitatem abducta est, quam 29. annis pertulit. Suaserat enim Ieremias ex mandato Dei Sedeciæ, vt Nabucho donosori Dei seruo (sic enim eum appellat) se dederet, quo populus peccata sua agnoscere possit. Agnoscite igitur & vos peccata vestra, Deumque optimum maximum communibus vocibus precemini, ne patiatur ille vos deglutiri ab eo, in cuius rictu iam ferè hæretis. Date operam, vt patriam (quæ omnium charitates vna complexa est) iam ferè collapsam, consilijs sanis & auxilijs promptis iuuetis, memores illius, Malum consilium consultori pessimum: cuius rei præter cæteros plurimos (vt vestra exempla domestica proferam) testis est Vidus, testis Nicolaus Gara, qui mala consilia dum Regibus præberent, & illis, & sibi plurimum incommodarunt, cædem denique accersiuerunt. Cogitate cum animis vestris quid in Chronicis vestris literis mandatum sit: Plurima mala, non priùs in Hungaria cessatura, donec se quisque metiri, coërcere ambitione, aliena dimittere, inuidia carere, mutuaque concordiam amare didicerit. Qua quidem cõcordia (ait ille) paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur. Nõ desunt vobis principes, pietate insignes,

Ierem. 28.
Ierem. 39.
Ierem. 15.
Peccata agnoscenda.
Vidus.
Micolaus Gara.
Vaticinium Bonfinij li. 4. dec. 3.
Concordia.
Principes vestri quales.

gnes, qui ita vtilitatem omnium vestrum tueri parati sunt, vt quicquid agunt, ad eam referunt, obliti commodorum suorum, adeò vt mortem oppetere non dubitarent, dummodò sint vobis profuturi. Proinde cùm videam sic affectos, non est quod illos in præsentiarum alloquar, præsertim cùm princeps illustrissimus præcepta salubria assiduè audiat, ijsque aures eius vndique circumsonent. In cuius ætate tenera, & flectenda, & dirigenda, eundem sensum, eandem curam, cum serenissima Regina adhibeatis omnes, quoad se atque sua per ætatem regere possit. Nam vt arborum semina (ait quidam) dum pusilla sunt, palis indigent, quibus nitantur, ne ventis & tempestatibus incurue scant, obliquitatemque ducant crescentia: Sic puerorum ingenijs, moderatore opus est, & magistro, qui ea regat, atque contineat, ne flectere in vitia, malasque artes possint, ad quas tenera omnis, & infirma ætas, pronos maximeq; lubricos lapsus habet. Id autem vel eo magis faciendum, quòd Dominus apud Hieremiã dicat: Si potest mutare Aethiops pellem suam, aut Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum. Non vno supplicio dignus est, qui fontem

Princeps bene educandus.

Leo põtifex ad Cardinalem Strigoniensem de Rege Ludouico.

Hierem. 13. Expẽde Dei dictum.

Similitudo Plutarchi.

tem publicum vnde bibant omnes, veneno inficiat: ita nocentissimus est, qui principis animum prauis infecerit opinionibus, quæ mox in tot hominum perniciem redundent. Si capite plectitur qui principis monetã vitiarit, quantò dignior est eo supplicio, qui principem corruperit. Quòd si coronatum sacro diademate Regem, etiamsi bestijs comparari posset, nunquam tamen sine maximo scelere lædi posse, quidam generis vestri dixerat. Quod & Dauid Rex senserat, qui suadenti seruo vt Saulem persecutorem suum interficeret: Propitius (inquit) mihi Dominus, ne extendam manum meam in CHRISTVM Domini. Quonam animo in principes iustos, pios, benignos, publici commodi studiosi esse debetis? Vos verò sacerdotes Domini, quos Deus nomine Angelorum exercituum Domini dignatur, satagite vt labia vestra custodiant scientiam, & ne de vobis illud dici possit, quod de sacerdotibus Iudæorum à Domino dictum est: Recessistis (inquit) de via, & scandalizastis plurimos in lege, propter quod & ego dedi vos contemptoribus, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, ita Dominus. Adnitimini cõseruare vestra, quibus ab initio parta

ab Erasmo repetita.

In corruptores principis, si qui forte sint.

Reges honorandi.

Bonfinius li. 2. dec. 3.

Sacerdotes.

Mala. 2.

parta sunt. Imperium enim facilè his artibus retinetur, quibus ab initio partum est, vt ait Sallustius. In summa, omnes ea curate, facite, quę vobis honori & vtilitati, Reipublicæq; emolumento essent, & (quod omniũ maximum et præcipuum est) in gloriã opificis rerum Dei cedant. Qui vt agnoscatur, & celebretur omnia creauit. Hũc timentes omni bono non minuentur.

Psal. 33.

FINIS.

VOX VSVRPATA HVIVS seculi Doctoribus.

Esaiæ 40.

Verbum Domini manet in æternum. Vox Ecclesiæ propria.

Psalmo 118.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speraui in sermonibus tuis.

Ecclesiastes 12.

Verba sapientum, sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt, à pastore vno.

Chrysostomus.

Malitia etsi sæpius confundatur, conuincitur tamen nunquam.

IN

IN ALBERTI NOVICAMPIANI DE corruptissimis huius seculi moribus, orationem, Epigramma.

OPtimus in celso confidens pastor Olympo,
Vidit ouile tui, Pannonis ora, gregis
A malè nutritis inuadi dente catellis,
Vixq; suo iam iam posse manere loco:
Vidit et indoluit, flammaq; accẽsus, et igni,
(Ignis amoris ei flamma furoris erat)
Misit eò propria callosum ex arce Molossũ,
In campo natum, mœnia nostra, Nouo.
At prius à magni benè pastum ciue Leonis,
Vt benè vocalis, magnanimusque foret,
Et satur haud alijs escis inhiaret ineptis,
In caula Domini sed retineret Oues,
Quã fit nõ mutus, præsens est pagina testis,
Illius huc voces inde profecta ferens,
Quæ si tã vastum profert emortua sensum,
Ore tuo quantum, viue Molosse, tonas!

V. G. à Sambor.

IN

IN EANDEM.

Ecce nouata fides, amplum volitando per orbem,
Cultori genuit multa nefanda suo,
Extirpauit vbique pios fœdissima mores,
Barbariē inuexit, tetra venena, trucem.
Perturbat populos, discerpit regna, Deiq;
Pessundat cultus (res miseranda) sacros.
Scilicet hæc Euāgelij sunt dogmata sancti,
Religio fructus adferet ista bonos.
Quòd si multa forēt vixanti Biblia turma,
Sique adsunt varij in relligione libri.
Friuola quid mirū, si non sibi cōcio constet?
Protea nec referat turba profana vafrū?
Ast omnes vno Chrīstū sermone celebrant,
Nemo deesse sibi candida verba negat.
Nos penes est verbū Domini, plebs tota frequentat:
Gratia nos Christi, paxq;, fidesq; capit.
Fortè roges, quo hæc manari discordia fōte,
Semina quæ tanti sint referenda mali,
Quæue sit huic morbo medicina paranda fidelis:
Alberti melius scripta diserta docent.

S. H.

IN SCOPVM BIBLICVM veteris & noui Testamenti Alberti Nouicampiani, adiectus est nunc primũ Index certissimus, optimã quamq; ac desideratissimam materiam ordine alphabetico demonstrans, Ioanne Berkelaere, à literis Geraniorũ apud Antuerpianos collectore.

Prior numerus paginam, posterior paginæ versum seu regulam designat.

Abso-

Absolutio.294.23.
Absolutionis forma.295.6. vide etiam Peccatorũ remissio in dict. Peccata.
Abyssus.167.21.
Accidens in Deum non competit.29.3.
Acedia, negligentia cum suis speciebus 102.15.163.10.199.12.
Accolytus 302.21
Adam & Eua, quomodo peccauerunt 270.30.269.30.264.6. 65.12.29.149. 27.151.17
Adiuuare proximum, Vide Lædere.
Admonere, Arguere, Corripere proximũ quomodo, 214. 7.16.362.14.97. 29.213.26
Adonai 22.29.
Aduentus Christi 6.10.112.7.143.5.221. 19.220.10.26
Adulatores. Vide Detractores.
Aegritudinis ceu tristitiæ species. 355.8
Affectum in quo nomine Paulus vocat & eius species à pagina. 354.18. vsque ad peg.364.
Alma Hebræis quid.132.9.16
Altitudinem scientiæ & sapientiæ Dei admiratur Paulus.314.29.25.25
Amare Deum, Vide charitas & diligere.
Amator mundi, Vide Mundus & Diligere.

Am-

Ambitio quid est.76.6
Amen quid est.389.24
Anchora fidelis spes est. 313.5.plura vide Spes.
Angelorum Hierarchiæ.365.20
Angeli tutelares qui. 366.4.vsque.367
Angelos quosdam perituros quomodo præuidit Deus.257.29.260.2.8
Anima & eius origo.353.21.vsque.355
Antichristus à pagin.391.3.vsque ad paginam.393
Antropomorphitæ.17.29
Appetitus, Vide Affectus.
Aquæ benedictæ aspersio.196.11
Arbitrium liberum, Vide liberum.
Arbor scientiæ boni & mali.65.4
Arguere, Vide Admonere.
Arioli.181.25
Arma contra hostes spirituales, Vide Resistere.
Auaritia & eius species à pagina. 86. 32.vsque ad paginam.94. Vide etiam vsura, furtum, Rapina.

BAbyloniæ migratio.172.8
Baptismus omnium sacramentorum primum locum tenet.279.22.31. vsque ad paginam. 283. & pagi.349. 5.237.15.18
Basilidianorum error.51.17
Bellum. 205.24
Benedictio nomine DEI ineffabilis quo-

quomodo fiebat.23.27
Betula Hebræis quid.132.22
Bibliorum libros, à pagin.158. vsque ad paginam.164
Blasphemia.101.12.15
Bona mundana qualia.346.3
Bonitas est essentia Dei, Vide Deus.
CArnis concupiscentia, Vide Concupiscentia.362.23
Caro hostis spiritualis.352.30
Ceremoniæ.196.22
Cham origo idolatriæ.152.22
Charitas quid postulat. 213. 31. 372. 6. 313.13. 331. 32. 332. 3. 32. 345. 4. 11. 24. 344.26.345.8.314. vsque.317.250.15. 4.15.219.28.347.25
Chrisma, Vide Oleum & vnctio.
Christus promissus.4.16
Christus Deus.36.32
Christi natiuitas ex beata Maria virgine, à pagi.42.32.vsq; ad paginam.48
Christi natiuitas tempus. 112.21.131.27. 132.3.142.22.143.5.23
Christus cur per mortem liberauit hominem, à pagina.222. vsque ad pagi. 214.& pag.401.15
Christi genealogia.112.1
Ciconiæ pietas.200.25
Circuncisio.133.28
Ciuitas.69.22
Cogitatio.41.28

Cogitur nemo à Deo. 257. 3. 335. 37
Cognitio Dei expressa nemini contingere potest. 11. 26. 20. vsque ad 51. & pag. 247. 7. Vide etiam Ignorantia in idololatria.
Cognoscere peccatum. 245. 8. 25
Compatior, Vide Pati & misericordia.
Communicatio, Vide incõmunicatio.
Condere, vide creare.
Condẽnantur impij. 256. 7. 205. 8. 257. 32. Vide Impius.
Condescensus in visione Dei quid est. 13. 16
Confessio quid & quotuplex à pag. 292. vsque ad pagi. 299. Vide Pœnitentia.
Confirmatio eiusque materia & forma, Vide Oleum.
Coniugium, Vide Matrimonium.
Consensus, Consentire, Voluntas, Vide Liberum arbitrium. 217. 13. Vide etiam Voluntas.
Contemnere malum, Vide Resistere.
Contritio, Vide Confessio & Pœnitentia.
Corpora qualia post resurrectionem. 394. 28. 395. 24
Corporis humani ortus. 353. 14
Corripere proximũ, Vide Admonere.
Creatio mundi. 2. 12. 19. 51. vsque ad pagi. 59. & pag. 270. 2. 324. 5. 268. 16. 6

Cre-

Credere Deũ, Deo, & in Deum quomodo differunt.323.17. plura vide in Fide.
Incredulus.335.16.86.24
Crinis.85.24
Crocodilus.76.20
Crucifixi signum.196.12
Crudelitas, vide Ira.98.24
Cultus veri Dei apud Iudæos.154.8. vide Ceremoniæ & Lex.
Cupiditas, vide Concupiscentia.
Cura, vide Sollicitudo.
DAmnatio, vide Condemnare.
Decalogi expositio.137.23. 218.26
Decipere, vide Fraudare.
Delicatus, vide Lautus.
Delectatio, vide Concupiscentia.
Dæmon, vide Diabolus.
Derisio quid est.80.5. vide Inuidia.
Desperatio quid est.103.11
Detentio alieni, vide Furtum.89.11
Detractio, vide Inuidia.
Deus nomen potestatis.21.7
Deus quando vnus & quando Trinus dicitur.33.28
Deitas, vide Diuinitas.
Dei nomina apud Hebræos.21.14
Dei descriptio ac declaratio, à pagina. 10. vsque ad pag.51
Deum sedentem in solio quomodo viderit Esaias.13.4

Dei visio qualis in vita æterna.15.18
Deus nullam formam habet.15.11
Dei essentia.15.11
Deus inuisibilis.15.14
Deus nulli creaturæ similis.17.20
Deus spiritualis essentia.25.1
Deo bonitas est essentia.25.18
Deo eterna sapiētia est essentia, & Deo nihil sapientius.25. 21.268.14
Deus incommutabilis.26.6
Deus sine tempore.26.17
Deus æternus.26.21
Deus solus verè est.27.1
Deus ineffabilis est et omnipotens.27. 19.23.339.24
Deus verax & misericors.28.19
Deus cur Trinus dicitur. 33. 28. vide etiam Trinitas.
Deus vnus.30.21
Deus Hebræis Sadai.50.2
Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritussanctus.36.23.37.18
Deus incomprehensibilis inaccessibilis.14.18
Deus nullo indiget.49.29
Deus quę facere non potest.339.24.27. 19.23
Deus vnicuique adest gratia vniuersali.266.29.245.20.3
Deus ab æterno in semetipso mansit. 49.27.50.23

Deus

Deus quomodo in promissis exequendis se gerit. 340. 32. 341. 23
Diabolus, Cacodæmon. 106. 31. 108. 3. 363. 14. 29. 364. 3. 10. 29. 392. 8
Diligere Deum quomodo & quid. 183. 22. 346. 19. 182. 15. vide etiam Charitas.
Dimittere, Remittere, vide Peccata.
Diuinitas Christi. 45. 10
Discordia. 84. 15. vide Ira, Inuidia, Odium.
Doctores Ecclesiæ. 167. 2. 3. 4. 170. 11
Dolo aliquem tractare, vide Fraudare.
Dominicus dies. 195. 22. vide Sabbatũ.
Dulia quid. 177. 13
Duritia, Obstinatia, Pertinacia, Induratio, &c. 84. 7. 104. 21. 103. 15. 19. 183. 8. 307. 21. 263. 21. 350. 25. 268. 6. 247. 24. vide Inuidia.
Ecclesia quid est, à pagina. 325. vsq; ad pagi. 333
Ecclesiæ authoritas. 157. 11. 32. 168. 13. 169. 11. 24. 32. 308. vsque. 310.
Ecclesiæ præpositi, vide Ordines.
Egritudo, vide Aegritudo.
Eleëmosyna. 372. 29
Elias quomodo translatus. 62. 29
Enoch, vide Elias.
Episcopus, vide Ordinis.
Erubescentia, Pudor. 86. 10
Essentia Dei. 15. 11. 25. 18. 21. 314. 20. 180. 9

Eua, vide Adam.
Euangelium quid, à pagina.154.25.vsque.157
Euangelistæ quo tempore scripserunt. 158.2.7.16
Eucharistia cur instituta à christo.284. 10. 285. 4. 15. & 29. vide Sacramentum.
Exemplum dedit nobis Christus. 223. 19. vide Facere, Pati.
Exorcistæ officium.302.12
Expectare perseueranter.371.26. plura, vide in Spes.
Fastus, vide Superbia.
Facere opus bonum ad exemplũ Christi. 183.10.326.26.379.3. 223.20. 323. 29.213.17.57.4.219.30. 244. 7. & 21. 243.4.196.8.199.12.102.15.103.10.73. 13.248.21.231. 9. & 17. 236. 11. & 27. 252.1.230.1. vsq; ad pag.235. 329. 28. 229.21.228.28.255.27.398.4. vide etiã Iustificatio.
FActis & vita non nomine solum Christiani esse debemus. 323.29. 20.405.5
Faciens opus bonũ gratia Dei est.244. 7.& 21
Opera bona quare exiguntur. 230.10.1
Ex operibus iuncta fide & gratia salutem meremur.231.12
Operatur Deus in nobis velle & perfi-

cere.244.21
Discedite à me omnes operarij iniquitatis.243.4
Opus bonum negligenter faciens maledictus est.199.12
Opera in festo quæ excusant.199.24
Fides.7.18.73.16.231.17.179.32.249.9.329.21.34.20.317.15.334.16.318.2.17.21.312.5.319.10.335.23.337.7.348.18.
Fides à Deo datur.249.9
Fides quatenus libera.329.21
Fidei definitio.317.15.34.20
Fidei causæ efficientes.334.16
Fidei materia ceu obiectum.318.2.& 21
Fides maximè requiritur in homine Christianissimo.312.5
Figmentum.77.17.264.31.268.9
Filius coëternus patri.38.21
Filij Dei natiuitas.41.12.plura, vide in dict.Deus.
Fœlix,Prosper.351.6.& 25.352.8
Fornicatio.94.19.209.16.246.10. vide Concupiscentia et Libido,Luxuria, Stuprum.
Fraudare,Decipere, dolo ludere, &cæ.211.vsque ad pagi.216.89.15.& pagi.92.15.vsque 94
Fructus. 213.17. vide etiam Opera in dict.Facere.
Furtum,Rapina, Detentio alieni.91.11.& 20.89.10.210.25.30. vide auaritia.

GEneſios principium difficile & quãdo à Iudęis legebatur. 52.20
Gentiles quomodo ad cognitionẽ vnius peruenerunt. 56. 2
Gratias agendum Deo. 247.12
Ingratitudo. 78. 4. vide etiam Honorare.
Gratiæ Dei deſcriptio. 242.8. vſque paginam. 249.10
Gratiam Dei iuſti amittere poſſunt. 272.31. plura vide Iuſtificatio.
Gula & eius incommoda. 98.30.100.4
HEbdomadæ ſignificatio in ſacris. 117.2.121.7
Helias, vide Elias.
Hæreſis à pagina. 33. vſque ad pagi. 53. & 180.17.336.31.273.21.274.22.17.28. 328.24
Hæretici & mali Catholici diſcrimen. 328.24
Hieruſalem capta. 130. 2
Homo ex quibus conſtat. 353.13.59.12. 17.23.58.30.56.16.31.314.6
Homo peccati Antichriſtus, vide Antichriſtus.
Homicidium. 102.2. & à pagin. 204. vſque ad pag. 208
Honor Dei à pag. 175. vſque ad pagin. 184. vide Gratias agere.
Honorare parentes, Obedire præpoſitis à pagina. 200. vſque ad paginam.

ginam.204. & à pagina.308. vsque. 310
IRreuerentia, Inobedientia. 86.15.85. 13.65. 14. vide etiam Ingratitudo.
Hostis inimicus spiritualis.352.28
Inimici diligendi.387.17. vide Charitas.
Hipocrysis Simultas. 83.10.212.25. vide etiam Detractio & Inuidia.
Ia quid est.22.31
Iactantia.82. 26. vide in Superbia, & Præsumptio.
Ianitores.302.1
Idololatriæ origo.152.20
Iehoua quid.23.7
Ieiunium.372.29
Ierusalem, vide Hierusalem.
Ignis.47.22
Ignorantia, vide Idololatria.
Immunditia quid.100.23
Impiorum peccatorum malorum via quare prosperatur . 351. 6. & 25. 352.7
Impij quare perierunt à pagina. 246. vsque. 248. 347. 6. 405. 32. 247. 19. 256. 7. 104. 22. 183. 7. 335. 18. & 25
Impij gratiam recuperare possunt.272. 32
Impositio manuum.306.6
Inaccessibilis est Deus.14.18

Incœstus quid.95.15
Incommunicatio.98.18
Incommutabilis, Incomprehensibilis, 26.6.268.14
Incredulus, vide Credere.
Induratio, vide Duratio.
Ineffabilis Deus.27.19
Ingratitudo, vide Gratia.
Inimicus, vide Hostis.
Inobedientia, vide Honor.
Intellectus.315.7
Interpretes septuaginta.31.29
Inuidia, Detractio, Odium. 96.20.97. 14.212.7. vsque 214. 102.6.205.7. 98. 9. vide etiam Ira. Hipocrysis, Hostis.
Inuisibilis Deus.15.14
Ira, Crudelitas, Vindicta, & eius species, à pag.100.24. vsque ad pag.105. & pag.98.24.387.31.361.13
Ira Dei quomodo intelligēda.267.2.3.
Irreuerentia, Inobediētia, vide Honor, Gratia.
Isis.153.8
Iudæorum prostratorum multitudo et clades tēpore Adriani Cæsaris. 130. 17
Iudæorum obiectio.171.23
Iudicium.9.7. à pag.80.12. vsque ad pagi.83. & pag.397.3.392.30
Iurare, Iuramentum à pag.184. vsq; 191
Iustitia & Iustificatio à pag.225. vsque ad

ad pag.275.& pag.7.10
Laborandum quare.385.18.199.21
Lassati sumus in via iniquitatis. 347.7.405.32
Latria.177.8
Lautus, delicatus. 99.11
Lauacrum regenerationis. 237.15. vide Baptismus.
Lauit vos Christus.226.19
Lædere, Nocere, à pag. 204. vsque ad pagin.208
Lex à Deo data fuit.5.10. & à pagina. 143.26.vsque ad pag.175
Lex diuina.147.18
Per legem cognoscimus peccatū. 144. 9.216.26.27
Lex humana.148.8
Lex mentis.151.5.353.10
Liberauit nos Christus à pag.222.vsq; ad pag.225.176.11.18
Liberum arbitrium. 253. 27.10. 334.18. 229 14.257.13.249.6.3.149.27.151.17. 244.29.11.217.25.238.4
Libertas.238.7.254.6.258.12.259.29.
Libidinis species.357.7.361. 27.355. 18. plura, vide Concupiscentia, Luxuria, Voluptas.
Lignum ceu arbor scientię boni & mali, vide Arbor.
Linguarum cognitio necessaria Theologo.163.29

Locus Dei ante creationē cœli & terræ. 49. 21. 50. 22
Lotus, vide Lauare.
Lucrum, vide Negotiatio.
Lumen legis naturæ quomodo obscuratum est 151. 10
Lunam coluerunt gentes. 153. 6
Luxuria, Voluptas. 94. 11. 355. 16. 356. 28. 343. 21. plura vide Concupiscētia, Libido, Fornicatio.
Maiestas, Omnipotentia, Honor, Communia personis in Trinitate. 38. 31
Maledictio. 101. 23
Malum. 389. 14
Manifestatus est in carne 276. 19
Manuum impositio, vide Impositio.
Maria virgo sine peccato concepta est. 249. 24. 45. 17
Massa. 264. 5. 14. 268. 11
Materia prima quomodo cognoscitur. 19. 21
Matrimonium, Coniugium, à pagina. 206. vsque ad pag. 310
Mel. 19. 31
Mendacium. 214. 24. & à pagina. 211. vsque ad pag. 216
Mentis cogitatio. 41. 28
Mentis euagatio. 103. 23
Meretrix. 343. 21
Merita, vide Iustificatio & opera.

Messias ver⁹ Christus. 131. 4. & 27. 129. 3
Metus, Timoris species. 355. 14. 356. 17. 22. 290. 1
Misericordia. 4. 14. 179. 22. 373. 14. 387. 13. 108. vsque. 116. plura vide Gratia, Charitas, diligere.
Moysi denegat Deus faciem ostendere 15. 21. 57. 6
Mollicies. 96. 1
Plura vide Luxuria.
Mora, vide Expectare.
Mors. 4. 10. 105. 7. vsque. 108. 398. 26
Mundus cur creatus. 58. 11
Mundus prouidētia Dei regitur. 52. 29
Mundus qualis futurus post iudicium. 401. 2. 3. 4.
Mundi ætates, 330. 7
De Mundi origine 51. 4. 11
Mundi amatores. 345. 29. 346. 3. 103. 29. 362. 23. 263. 3. 4. 183. 20
Murmuratio in Deum, vide Duritia, Inuidia.

NAbugodonosor. 75. 27
Natiuitas Christi, vide Christus.
Natus ex Deo non peccat. 250. 11
Necessitas. 259. 8
Negligens. vide Acedia.
Negotiatio, Vsura, Lucrū, Quæstus à pagina. 92. 1. 15. vsque ad paginam. 94. vide etiam Auaritia.
Nomina mystica Dei à pagina. 21. vs-

que ad paginã.31. et pagin.187.17.29
Noſcere, vide Cognitio.
OBedientia, vide Honor.
Oblectatio, vide Cupiditas, & Auaritia, Concupiſcentia.
Obſtinatio, vide Duritia.
Occidere, vide Homicidium.
Oculus.151.23
Odium, vide Inuidia.
Oleum, Chriſma, Vnctio, Confirmatio in Eccleſia à pag.310.vſque ad paginam.312. & à pagina.282.vſq;.284
Omnipotens.339.24
Opera bona ceu mala, vide Facere & Fructus.
Oportet, vide Neceſsitas.
Orandus Deus. 369. 11. 368. 26. 370. 2. 386.1.& à pagina.367. vſque ad paginam.390
Ordinis Sacramentum à pagina. 299. vſque ad pag.306
Oſiris.153.9
PAEdagogus lex.146.1
Papa ſummus pontifex.305.7
Paradiſus à pagina. 60. vſque ad paginam.66
Parẽtibus quæ debemus à pagina 200. vſq;.204. vide etiam Obedientia.
Parentes primi.149.27. vide Adam.
Pater Deus nõ maior filio.40.26.41.6
Patientia, vide Expectare & Spes.

Pati

Pati cũ Christo debemus. 338. 32. 349. 11. vide etiam Tribulatio.
Patriarcha. 304. 32
Peccatum. 4. 4. & à pag. 59. vsque ad paginam. 73
Peccati similitudinem præ se ferebat, & nostra peccata tulit Christus de peccato peccatum damnauit. 252. 15. 222. 10
Nullus sanctus ac Iustus in hoc mundo caret peccato. 253. 3. 249. 21
Peccamus per quinque sensus. 104. 4. 105. 2
Peccati agnitio per legẽ à pagina. 144. 8. vsque ad pagi. 146. & pagina. 216. 26. 27. 245. 8. 25
Peccata cur debita vocantur. 386. 24
Dimittimus debitoribus nostris à pag. 386. vsque ad pag. 388
Peccata Venialia. 72. 8
Peccata solus Deus remittit. 387. 4. 331. 2. 294. 3. vide in Confessione & Absolutione.
Peccata nostra tulit Christus. 222. 10
Peccatum in spiritum sanctum. 104. 15. 25. 183. 8
Peccata in decem præcepta Dei à pagina. 175. vsque. 219
Peccatum duplex, vide Malum.
Peccatores, vide Impij, Fornicatores, Adulteri, &c.

A Peccatis cessatio. 289.4. vide Pœnitentia.
Perditio, } vide Condemnatio &
Perire, } Impij.
Perseuerantia, vide Patientia & Spes.
Persona in Trinitate quid à pagin. 29. 9. vsque. 49
Pertinacia, vide Duritia.
Petere, vide Orare.
Philosophi gentiliũ quomodo ad cognitionem Dei peruenerunt. 18. 23. 19. 20. 56. 3
Pietas vera. 342. 23
Pœnitentia à pagina. 288. vsque ad paginã. 299. 270. 25. 70. 14. 195. 16. 246. 11. 254. 24. plura vide in Confessione & Benefacere in Facio.
Pontifex, vide Papa.
Precare, vide Orare.
Præcepta Dei veteris legis à pag. 173. 2. vsque ad pag. 219
Prædestinatio quid à pag. 261. vsq; ad pagi. 274
Præfecti, Præpositi, vide Ordines.
Presbyter, Sacerdos, vide in dict. Ordines. 300. 23
Præscientia Dei à pagina. 257. vsque ad paginam. 260. 1. 269. 29. 270. 31. 264. 13. 52. 29. vide in Prædestinatione.
Præsumptio quid & Præsumptio erga Deum. 77. 2. 104. 19. 183. 82. 26

Prin-

Princeps mundi. 363. 31
Processiones. 196. 12
Promissus Christus à pagina. 108. vsq; ad pag. 114
Promissa cur Deus differt. 341. 23
Prophetia Christi à pagina. 109. vsque ad paginam. 120. & pagina. 140. 12
Prouidentia Dei, vide Præscientia.
Prothoplasto vis duplex indita. 253. 31
Proximus quis. 219. 6. 97. 27
Pudor, vide Erubescentia.
Pusillanimitas. 102. 28

QVæstus, vide Negotiatio.
Quæstiones sacræ obscuræ à pag. 64. vsque ad pag. 65

RAncor. 103. 15. vide Duritia, Ira, Odium.
Rapina, vide Furtum.
Ratio quid. 153. 27. vide etiam Mens.
Rebellare Deum, vide Duritia.
Reconciliationis humanæ cum Deo finis. 224. 22. vide etiam liberare.
Reguntur omnia prouidentia. 52. 29
Remittere, vide peccata.
Renasci. 279. 28
vide Baptismus.
Reprobus, vide Impius.
Resistere malum, tentationes. 251. 10. 389. 5. & à pag. 358. vsque. 368. & à pag. 347. vsque. 348

Resi-

Resistere bonum, vide Duritia.
Restitutio, vide Fur.
Resurrectio mortuorum à pag. 393. 9. vsque ad pag. 397
Reuerentia, Obedientia, vide Honor.
Reuertere, vide Pœnitere.
Rixa, vide Odium, Ira.

SAbaoth Dei nomen. 22. 22
Sabbatum à pagin. 191. vsq; ad pagi nam. 200
Sacerdos, vide Presbyter. 300. 23
Sacramentum quid à pap. 275. vsq; ad pag. 288. vide etiam Eucharistia.
Sacra scriptura. 43. 26
Sacræ scripturæ vtilitas. 367. 15. 27
Sacra scriptura cui similis. 166. 14
Sacræ scripturæ profunditas. 167. 21. 163. 30
Sacra scriptura cur Testamenti nomine appelletur. 155. 12. vsque. 160. 7
Sacrilegium. 95. 26
Sadai Dei nomen. 50. 2
Salomon. 273. 2. 6
Sanctificatio quomodo fit à pagi. 191. 27. vsque ad pag. 200
Sapientia Dei incõprehensibilis. 268. 14. vide Deus.
Satisfactio quid à pag. 295. vsq; ad pagi. 299. vide Pœnitentia, Iustitia, Bona opera in facta.
Sciẽtia imperitissima quæ à pag. 79. 9. vsque

vsque. 83
Schisma, vide Discordia.
Scortator, vide Fornicator.
Scriptura sacra, vide Sacra.
Scurrilitas. 100. 15
Sedere Dominum quomodo intelligitur. 13. 26
Semen conteret caput tuum. 109. 10
Sensuum hebetudo. 100. 7
Per quinque sensus peccamus. 104. 4
In sensum reprobum tradere. 247. 24. vide etiam Duritia.
Sepultura Christi. 140. 25
Similitudo indicãs quomodo in Christo fuit anima rationalis & diuinitas. 45. 10
Similitudines quibus Trinitas adumbratur. 35. 4
Simultas, Simulator, vide Hipocrysis & detractor.
Sodomia. 96. 7
Solis discus, Solis radius. 35. 15. 14. 17. 47. 23
Solis cultus. 153. 6
Solicitudo nimia. 89. 31. 79. 2. 384. 21. 385. 20. 90. 3
Speculum, Exemplum. 145. 11. vide Exemplum.
Spes. 8. 9. & à pag. 311. 26. vsque ad pag. 320. & à pag. 371. vsque ad pag. 373.
Spiritus in sacris quid, 25. 3. vsque ad paginam.

ginam. 50
Spiritus sancti dona. 390. 23
Stare Domino suo. 81. 31
Stuprum. 94. 26. vide in Fornicatio.
Subdiaconus. 303. 11. vide in dict. Ordines.
Substantia Dei, vide in dict. Essentia Dei.
Superbia à pag. 73. 30. vsque ad pag. 79. vide etiam Iactantia, Fastus.
Susurratio, vide Detractatio. 98. 1
Sybilla de Christo. 142. 25
Symbolum Apostolorū à pagina. 324. 32. vsque ad paginam. 336. & pagin. 41. 22

TArgum liber Iudæorum. 113. 30
Tenacitas. 88. 4. vide etiam Auaritia, Vsura, Rapina.
Tētatio, Tribulatio. 349. 14. 353. 2. 337. 23. 363. 16. 364. 3. 368. 1. 388. 10. vsq; ad pagina. 390. & pagina. 182. 14. 251. 6. Vide etiam Patientia & Pati.
Arma contra tentationes. 367. 11. 24
Testamenti nomine cur sacra scriptura appelletur à pagina. 155. 12. vsq; 160
Testimoniū falsum. 213. 16. vide etiam mentiri.
Tetragrammathon Dei nomen. 23. 4
Timor, vide Metus.
Torpor, vide Acedia.
Tradere in reprobum sensum. 247. 24. vide

vide Duritia.
Tranſlationes vetuſtiores librorum veteris Teſtamenti.162.20
Trinitatis myſterium à pagi. 29. vſque 40.& pagina.367.1
Triſtitia, vide Aegritudo.
Turpiloquium, vide Scurrilitas.
VBique eſt Deus.50.21
Vſum templi.155.25
Veniale peccatum.71.25
Veſpaſianus.133.1
Veſtes, Veſtimentum.85.24
Via ad gloriam.84.5
Victoria à pag.359.vſque.362
Virtutes Theologicæ, Fides, Spes, & Charitas à pag.311.vſque.356
Vires Prothoplaſtæ quot & quomodo vitiatæ.315.8
Vita æterna.9.13.11.10
Vitium.91.5.359.12.95.30
Vltor Deus iuſtus.261.5
Viſus in virtutibus ſuperis quid, & Viſio Dei, &c. à pag. 13. vſq; ad pag.17. vide etiam Cognitio.
Viui quos Deus iudicabit qui intelligendi ſunt.399.1
Viuendi modum. 402. vſque ad paginam.407
Vnctio extrema à pagina.310.vſque ad pagi.312
Voluntas, Conſenſus, abſque Dei gratia

tia manca est. 244. vsq; ad pag. 247. & pag. 315. 7
Voluptas propria, vide Liberum arbitrium.
Voluptatis species, vide Luxuria, Concupiscentia, Libido.
Votum quid 190. 23
Vsura, vide Negotiatio.
Zelus. 101. 2
Zelotes. 178. 3. 5


Societatis Jesu Paderbor.

FINIS.

Liber hic à me perlectus, dignus est inuentus qui à Christi fidelibus legatur: eò quod Christianæ religionis fundamenta exactissimè pertractet: quod ita esse attestor.

Ioannes Gosuini ab Arschot D. Iacobi Antuerpiæ Pastor et sacræ Theologiæ Licentiatus.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN




Th
3073